Andreae [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Bononiae e munere Auctoris

14

# DEMOCRITVS,

SIVE

# MORALES RISVS

*In quinque Aphorismorum Centurias editi.*







*Io: Francisci Bonomij Bononiensis* 3

# DEMOCRITVS,

## SIVE

# MORALES RISVS


*In quinque Aphorismorum Centurias editi.*

A D

Illustrisimũ, atq. Amplissimum

# BONONIÆ SENATVM.

Et Seria



Risus.



BONONIÆ, M.DC.LXIII.

Ex Typographia H. H. Dominici Barberij.
*Superiorum permissu.*





Illuſtriſsimis

SENATVS BONONIENSIS

Patribus Ampliſſimis

*Io: Franciſcus Bonomius*

FELICITATEM.



Nter meę Iuuētutis nugamina hęc Virtutum collegi analecta, vt ſerium aliquod fœnus è leuioribus quoque ſtudijs cumularem. Hoc mihi facile reddi-

[illegible] nunquam
[illegible] ingenio,
[illegible] lectitan-
[illegible]. Tran-
[illegible] sed non
[illegible] libris ad-
[illegible] rebus
[illegible] de re-
[illegible] ex
[illegible] ille
[illegible]
[illegible]. Id
[illegible]
[illegible] Dog-
[illegible]
[illegible] ha-
[illegible]
[illegible]

mero paginarum ingentem prçceptorum seriem claudit. Tu modò, Senatus Illustrissime, qui in tuis seuerioribus studijs non imparem & ipse intermittis elucubrationẽ, hęc mentis scrutamina affectu amplexeris paterno. Tum demum eam singulis P. C. innatam testabuntur Virtutem, quę omnium linguarum meretur prçconia, sicuti à me in harum ingenij primitiarum oblatione, penè dixerim, adoratur.

Ipsa-


Andreæ ol. Thomæ Pierij Lucan
nus ... Bononiæ e
munere Auctoris

# DEMOCRITVS,

SIVE

# MORALES RISVS

*In quinque Aphorismorum Centurias editi.*







*Io: Francisci Bonomij Bononiensis* 3

# DEMOCRITVS,

SIVE

# MORALES RISVS


*In quinque Aphorismorum Centurias editi.*



AD

Illustrissimũ, atq. Amplissimum

# BONONIÆ SENATVM.







BONONIÆ, M.DC.LXIII.

Ex Typographia H. H. Dominici Barberij.
*Superiorum permissu.*





Illuſtriſsimis

SENATVS BONONIENSIS

Patribus Ampliſſimis

*Io: Franciſcus Bonomius*

FELICITATEM.



Nter meę Iuuẽtutis nugamina hęc Virtutum collegi analecta, vt ſerium aliquod fœnus è leuioribus quoque ſtudijs cumularem. Hoc mihi facile reddi-

dit, vt calamo nunquam parcerem, ne & ingenio, dum otij horas lectitando impenderem. Transcripsi quidem, sed non eadem,quę ex Libris adnotabam. Res ex rebus deducere, potiùs de recenti creare est, quàm ex detrito, & veteri (vt ille inquit) palliolo nouum thoracem consuere. Id consilium, ęstimatiores semper tradidere Dogmatistites. Æquis parùm conuicijs ille figitur labor, qui paucarum nu-

mero

mero paginarum ingentem pręceptorum seriem claudit. Tu modò, Senatus Illustrissime, qui in tuis seuerioribus studijs non imparem & ipse intermittis elucubrationē, hęc mentis scrutamina affectu amplexeris paterno. Tum demum eam singulis P. C. innatam testabuntur Virtutem, quę omnium linguarum meretur pręconia, sicuti à me in harum ingenij primitiarum oblatione, penè dixerim, adoratur.

Ipsa-

Ipſarum ſuccos deliba, degusta; illius etenim liquores ſtillant Philoſophię, quæ Ethicę titulū ſibi vindicat, tot quippe in eos sūt obiurgationes, qui ſuorum affectuum ochlocratiā neſciūt moderari. Et ſi alij Aphoriſmos (Democritum huius ſcribendi generis auctorem ſecuti) ad ſeruandam in Corporis Republica ſanitatis concordiam adhibuerūt, hi nō nihil acceptabile in ſe retinent, eò ſaltem, quòd

ani-

animorum moliantur ſalutem. Si ad hanc meæ deuotionis ſuperbiam toti terrarum Orbi propalandam inducias hucuſque diſtuli, nõ aliud moram indixit, niſi trepidata è Veſtri Iudicij primã referentis intelligentiam perfectione facilior reprehenſio, quàm venia. *Quæ diutiùs librantur determinationes, minùs damnabiles euadere conſueuerunt*. Placida vultuum maieſtate hos *Riſus* ſuſcipite, ac in Veſtrę Libertatis ſinu Valete.

V. D. Iuuentius Tortus Cler. Regul. S. Pauli Pœnit. in Metrop. pro Illustr. & Reuer. Archiep. & Princ.

Vidit pro Reuer. P. Inquisitore Bononiæ D. Theodosius San: Pelicanus Can. R. Lat. Sac. Theol. Doct. Colleg.

Imprimatur

Fr. Paulus Hieron. Mag. Vic. Gen. S. Officij Bononiæ.



# Lectori Beneuolo

*Ludouicus Boncompagnus V. A.*



*Vòd multi ſcientià illuſtres Viri, dicam, Virtutum, ac Doctrinarum Anteſignani à primo partu in ſuas Bibliothecas magno plauſu, & fauore receperint, quę à viuo eruditiſsimi* Io: Franciſci Bonomij Bonon. *& felice ingenio, & pennà in publicam edita ſunt lucem Opuſcula, non debui miſſam facere occaſionem hanc illi gratulandi fortunam, maximè cũ labor ab ipſo profectus propenderit*

*pio*

pio semper, semper debito affectu, debito semper officio, ad decus Patriç, ad ornamentum Sęculi, ad autoramentum sui apud Doctos, ad sui memoriam gratę Posteritati relinquendam. Quin si qui otio torpescunt, de isto possent ipsi humanè commodare, non dubito, quin imitaturus esset Scipionem illum, qui numquam minùs solus erat, quàm cum solus erat, neque minùs otiosus, quàm cum otiosus erat. Vocem ęternis dignam monumentis amplector, adoro vel in Viro seniore, & atate iam prouecto. Quid si Iunior, & vix prima tinctus lanugine malas audiatur de se talia profiteri, num illi succenseas? Imò malè feriatum censeam, qui sic illius Virtuti inuideat, non ęmuletur, si tantillo verę Virtutis, verique honoris amore tangatur, & eo vellicetur desiderio. Ego verò

non

*non satis mirari possum illius indolem, geniumque Viri, quem & si primis fermè ab incunabulis norim satis procliuem ad Literas politiores, dein ad grauiores, tamen experientià spem si non fefellit, certè superauit expectationem. Quid multa? Versatile ingenium obstupesco, cùm non pridem sese Poetam effinxerit eum, qui totam fermè hauserat Hippocrenen, linguà modò Etruscà, ore modò Latino, labris vtrobique defęcatis. Huius si Musęum ingrederis, dicas Panegyrim, in quam circumquaque frequentissimi fluunt, qui pretiosissimarum Virtutis opum paulò priùs indigi nullà morà, quotquot in votis fuerant, illis ad summum Reip. Literarię beneficium oneratos se sentiunt, se mirantur honoratos. Oraculum diceres Delphicum, vbi non dubia pandat respon-*

*sa*

*ſa non mendax Apollo; ſed quidquid ille rogatur, omni fugata ambiguitate, clariùs loquatur, veriùs reſpondeat, integriùs ſuadeat, incorruptiùs expromat, & grauiùs exprimat animi ſenſa. Hunc ſi audiat Adoleſcens ad ſcitas vrbanitates, illo nihil vrbanius. Hunc ſi conſulat ad mores grandior, totam doctus Ethicam, te nil moratur. Ad Politica Princeps ſi trahit colloquia, videbitur ille omnium toto orbe* Πολιτικωτάτων *in ſe tranſtuliſſe ſtudia, ingenia, ſenſus, operam, induſtriam, ipſum denique ſpiritum. Quod vt credas*, Lector Beneuole, *hoc habe indubitatum probationis argumentum. Quid enim verò ſapiunt illa, quę ſub* Aphoriſmorum *nomine Politica publicat documenta? Ex his vel fundare, vel conſeruare, vel amplificare, vel curare, & mutare in melius ſi*

*Remp.*

*Remp. volueris, ea tibi suppetent fundamenta, quę oculati benè non satis viderint, auriti non satis audiuerint, & prudentes fortè satis non animaduerterint, nec satis accuratè tractarint. At quis ridet* Democritum, *nisi qui ridetur à Democrito? Verborum satis est. Patieris*, Lector, *vt* Aphorismi *nomen in hanc rem suam transferat; quod si non vsurpauit Philosophus pręcisè vocabulum, certè post varias determinationes Librum scripsit* χειροτονιτῶν, *hoc est Electorum, quorum naturam si scruteris, procul dubio inuenias Priscorum morem fuisse, plurima notare, plurima obseruare, in vnum plurima redigere, de quibus postea per otium ferrent iudicium, & in ordinem digererent. Eiusmodi, vt poterant dici Rerum Obseruationes, Rationes nondum digestę, nec-*

*dum*

*dum constitutę, nec definitę, ita iure vel optimo has maturè excogitatas, certas, ac determinatas sententias* Aphorismorum *nomine compellare debueris, vbi si nomen diuersum est à Democrito vsurpatum, facilè permittat Cous Amicus illud huic dicendi modo, quandoquidem eadem forma, eadem substantia, dicendi modus idem, cum sententia generali, graui, breui, vera. Hinc si Auctor, quod caput est, nullum stylo confodit, nisi qui priùs eum insectatus est, idque sine iurgio, & modestè, adulari etiam nescit, ore rotundo profert omnia, nemini profectò improbandus, cum eius è calamo, hoc est animo, melle dulcior fluat Oratio, quę si cui varia videtur, versus meminerit Italici, Nihil pulcrius, nec elegantius in rerum natura, quàm quod varium est, & multiplex; quo quidem*

*dicen-*

*dicendi genere non solùm prouocat suam gentem sub notitiam, & acumen suum, sed vel diuisos per alia Europę loca, & ignotos in admirationem Viros, omni Scientiarum, Artium, Disciplinarum genere pręstantes Viros, adeò vt exemplū, & ornamentum huius sęculi futurum, si Fata euicerit, & Inuidiam, quam non timet, profligarit, Tibi (Lector Beneuole) vel iureiurando affirmare possint vniuersi. Bene Vale.*

## Idem ad Auctorem

*Ne timeat Inuidiam.*

TV caue, defendas, quamuis mordebere dictis,
Pentathlon est quinum hinc, inde Patrocinium.
Democritum seu tu spectes, hinc Pentathlus audit,
Seu Sacra, quę inde Tibi Purpura Quina fauet.

D.

## D. Aloysij Picinardi.

*Alluditur ad Morales Heracliti Fletus Eiusdem Auctoris.*

FLeuimus humanos milleno lumine Casus
*Bonome*, nã Lacrimis lumina Flere doces.

Nunc Ridere iuuat mortalis Gaudia Vitæ,
Nã tua nũc Risus nos monumẽta docẽt.

Hinc te miretur Lacrimis coniũgere Risus
Quisquis amat Fletus, Gaudia quisquis (amat.
Vltima parturiũt inopinos Gaudia Fletus,
Gaudia sed Fletus nunc inopina parit.



D. Si-



## D. Simonis Santagatha.

### *Alluditur ad Morales Fletus Auctoris.*

ERudiunt alij Sapiẽtes fletibus orbem,
At Tu vel Risu, *Bonome*, ritè doces.

Quę rides *Superi mortalia gaudia rident*;
Fleuissent tecum, at Vita beata negat.

### *D. Floriani Maluetij.*

RIdeat hęc quisquis non est Democritus. Vnus
Flens, ridere potest Pẽtathlon, Ex Epheso.



# APHORISMI
## Centuriæ Primæ
## MORALIVM RISVVM



# CÆSARI S.R.E.

## CARD. FACCHENETTO

*Io: Franciscus Bonomius*

## DIVTVRNITATEM.



*T potiùs mea in tuas animi dotes innotescat obseruantia, quàm vt meum tuo Nomine decorem nomen, hanc* Aphorismorum, *vel meliùs dixerim* Moralium Risuum Centuriam *E. T. do, dico. Lectio-*

*nem illis impertire, si enim hominis est scripsisse, intellectus fuit dictasse. Quæ ad salutem attinet Medicina, nonnisi per aures exhauritur, est quippe Philosophia, non catapotium. Faxit Deus, vt horum syncerttas* Risuum *eas prænuntiet exultationes, quibus è tua persundetur animus exaltatione, si Te ad Maximam, quam precor, felicitatem videro sublimari. Viue.*






# DEMOCRITVS,

SIVE

## Morales Risus in Quinque Aphorismorum Centurias editi.

*In Mundo lacrymarum specu cæteris præest qui aptior ad ridendum.*

I.



Ominem esse, humanitatem excedere; in Mundo, & extra Mundum morari; nasci Vitijs, vi-

uere Virtutibus; passionibus subiji-ci, passionibus non cedere; oriri cum lacrymis, mori cum Risu, per quàm difficillimum. Interest itaq. Mortalem se noscere, contentionibus genitum, rationi natum, vt accidentium vicibus prudēter cōformentur & animus, & corpus, & vterque.

II.

Quicunque aut nobilis, aut abiectus; aut imperans, aut parens; aut doctus, aut ignarus; aut felix, aut miser, miser est. Vnus RISVS sunt omnia.

III.

Terrena fastidire saluberrimum, hanc nisi nauseam prouocet desperatio. Nimię tamen eorum dilectionis antidotus non exhibenda.

IV.

Vbi desperatę menti consilium subuenerit, Vitium vertitur in Virtutem.

V.

Vera eſt prudentia, quę vt patitur neceſſitas prudentem efficit, ac imprudentem. Vitioſa non eſt Vitij exercitatio, quę tempeſtiua. Haud doloſè dolus effugit dolum. Bonum ſępè ex malo naſcitur.

VI.

Maiores poſt odia beneuolentię. Nihilominus ſapiēter nimię dilectionis vitatur occaſio, ne acerbiora inde pullulent odia.

VII.

Vbi animus leuiſsimo motu vehemēter affligitur, breuem Rationis indicat vitam. Necti debent Conſilium, & Conſtantia.

VIII.

Vituperabilis in vnoquoque ſuimet exaltatio. Ea tamen vitioſa humilitas, quę ſuas, alienaſque impedit vtilitates.

IX.

Proprię dignitatis pupilla plerunque auri allucinatur fulgoribus, vt in dedecoris foueam facile reddant pręcipitium.

X.

Inueteratus aliquo in corpore Lasciuię ignis nec gelu ętatis extinguitur.

XI.

Qui magis vinctos tenet affectus, liberiorem possidet animum. Suarum tamen passionum Principem esse oportet, non Tyrannum, neq. Nutritium. Summa nocet seueritas; ingens officit indulgentia; ęqua iuuat moderatio.

XII.

Cum timor ad vim aliquem induxerit, nulla Tyrannis deterior; sed quoque periculosior. Vult odio sibi animos conciliare, quos amore deberet.

Nè

XIII.

Nè doleat qui natus cùm fuerit, patitur. Dum orimur, si non morimur, in arenam saltem descendimus, cum ęrumnis luctaturi. Deme, quòd solus timor mille mortes, ipsa nec est sine damno victoria.

XIV.

Lubriciora nunquam vestigia imprimit Princeps, quàm cùm pedem mergit in sanguine.

XV.

Anxiè Mors ab eo est quęrenda, qui suę quietis est anxius. Nonnisi iter ad Mortem Vita. Illam priùs sortiri, est citiùs quiescere.

XVI.

Iniustum Tyranni edictum pro lege tolerandum, vbi pro sacrilegio tollendi vires deficiunt.

XVII.

Illius solùm est Mortem timere, cuius obcęcati ad eam pro Hominis fine dignoscendam sunt oculi.

XVIII.

Omne bonum est Virtus, quia solùm seipsa est.

XIX.

Summum intrepiditatis attingit animus, si magis scit calamitates perferre, quàm eum ipsę valeant perturbare.

XX.

Grauius, leuissimum licèt, crimen est, quod nunquam emendandi animo perpetramus.

XXI.

Sortis munera rectiùs tenentur, probè prodigendo, quàm prauè possidendo.

XXII.

Non aliud bonum ab eo curandum, qui Auri simul, ac Virtutis (si coeunt)

unt) est dominus. Totum in ijs possidet.

XXIII.

Beatitudo regnare non credendum. Tam pij regnant, quàm impij. Aula, omnium malorum aggregatio, beatum nequit efficere.

XXIV.

Haud iusta est Pietas, quę ęquo opponitur, sed quę iniquo.

XXV.

Vbi ius fuerit in armis, aurea Dominanti eripitur securitas.

XXVI.

Leuis afflictio, quę finis spe careat, grauior est, quàm quęuis intolerabilior, quę proximum fini habeat initium.

XXVII.

Fortunę, ac Corporis bona, duo sint licèt, animi bono, quod vnum est, nullatenus cedunt. Illa cunt,

ac redeunt, hoc nullis ſubiacet vicibus.

XXVIII.

Nulla maior ignauia, quàm lectio ſine boni electione in Libris.

XXIX.

Grandior eſt, qui Tuguriolum colit, quàm qui Regiam. Non eſt magnus qui alijs, ſed qui ſibi imperat.

XXX.

Veritas eo politiùs veſtitur, quò ornatibus nudior.

XXXI.

Palatum vellicet fames, non ſapor. Sumptus pro luxu cibus naturam opprimit, non ſubleuat.

XXXII.

Tutum duntaxat Dominantis Sceptrum eſt ſeruata in pœnis inopia, in pręmijs copia.

Quis

XXXIII.

Quisquis Homini Canis eſt, Feras in ſe eſſe Homines meretur.

XXXIV.

Puniunt Bonos Superi, non vt puniant, ſed vt probent, neue in ſcelus deflectant.

XXXV.

Cui leue Dignitatum euadit pondus, aut à ſe excutit, aut minuit vitioſè. Qui ab ijs grauatur, ijs procul dubio affert grauamina.

XXXVI.

Quę immerentibus exhibentur obſequia, eorum Dignitatibus, non ijsdem, pręſtantur.

XXXVII.

Surſum eundi ſemita non eſt ſeſe illuc extollere, ſed ab alijs extolli.

XXXVIII.

Qui ad plures nascitur glorias, abiectus est, si in paucis solùm suam collocat satietatem.

XXXIX.

Sublimi aliquis sidera tangit vertice, qui ne palmum quidem suas à Terra subleuat cogitationes.

XL.

Sanius Principi cõsilium est Regnum in tuto ponere, quàm iras ad sæuitiem deponere.

XLI.

Ibi maior Bonitas, vbi minus est pręmium. Ipsa sibi merces.

XLII.

In offensionibus magnis, quę diu latet vindicta, in offensorem denique seueritatis exerit abscessum.

XLIII.

Conditionem minuere nihil obest, vbi Ratio immota perstiterit, atque infracta.

XLIV.

Animorum captio per beneficia vix possibilis, per vim facilior.

XLV.

Sicuti è Vitiorum paucitate Virtutis magnitudo perpenditur, ita Dominij vastitas è Dominantis iudicio, non populorum quantitate, est mensuranda.

XLVI.

Nulla est Liberalitas, quę nimis exhibet. Eum, cui offert, ad id, quod nimis est, prę verecundia non acceptandum deuincit.

XLVII.

Vnicuique prosunt proculcationes. Malis pœnas minuunt. Bonis meritum augent.

De-

XLVIII.

Decens eſt timor, quem parit Ratio, non ſuſpitio.

IL.

Fautricem ſibi non debet Fortunam precari, qui aduerſanti reſiſtere eſt impotens. Serenitati ſuccedunt imbres.

L.

Fideles qui excubias habuerit Princeps, bonus Populus erit excubitor. Mille Argos vnus ſoporat Mercurius.

LI.

Facillimè falluntur Homines, dum coluntur. Tutiùs mordet Canis, dum blanditur.

LII.

Quamuis horribilius ſit propriã, quàm alienâ manu interfici; attamen alterius miniſterio mors exhibita adeò intolerabilis eſt, vt noſtrę necis crebrò nos eſſe au-

ctores malimus. Quęuis species à proprijs indiuiduis inuicem destrui ęgerrimè sustinet.

LIII.

Eius est aliena irridere infortunia, qui proprias scit deridere fortunas.

LIV.

Assuetę ad maledicendum linguę, etiam cùm eos, quos scimus optimos, pro talibus commendauerit, vix credendum.

LV.

Nulla ex merito poscitur gloria, si quęlibet ex dictis, aut factis quęritur. Quę ex dictis, iam spirauit; quę ex factis, iam pręterijt.

LVI.

Haud dedecus ad malos confugere, dummodo probitas conseruetur, vbi desperata inter bonos salus.

Co-

LVII.

Cogitare quid velimus, solùm cùm volumus, plus Chamęleontis est, quàm Hominis.

LVIII.

Nullum timore turpius malum. Cęterę passiones in essentia fundātur, hęc in sola apparentia; nec Hominis est trepidare, quę non sunt.

LIX.

Melius indulgentem esse, quàm scrupulosum.

LX.

Prę Honoris cura, non Legum timore, Hominum est à criminibus abstinere.

LXI.

Post factum remedia sunt obiurgationes.

LXII.

Vt se Hominibus maiorem Regnans declaret, si quid humanum excedens posse fuerit molitus, cùm superio-

periorem Hominibus naturam non sortitus sciatur, minoris, quàm Homo ęstimabitur. Vitabitur Eumenis, non adorabitur Numen.

LXIII.

Amor solùm cęcus, quòd obcęcat. Quoad se nimiùm, ah nimiùm est oculatus! At cęca Humanitas eum vult cęcum, quia ab ipso obcęcatur.

LXIV.

Sicuti Medicina est morborum punitio, ita punitio est malorum medicina.

LXV.

Melior dilectio, quàm odium. Ne tamen honori Amor detrahat, cauendum.

LXVI.

Impia illius Principis est prudentia, qui potiùs timorem, quàm obedientiam è populis exigit.

Prę-

LXVII.

Pręcipitia ex electione quęsita nullum aut affectus, aut vrbanitatis merentur conquestum. Nulla est laudanda, aut lacrymanda temeritas.

LXVIII.

Eò Ignauia proficit vlteriùs, quò magis suam iactat sapientiam. Sublimis doctrinę est sese ignauum in sua virtute profiteri.

LXIX.

Potior Amicorum Mortis lugendę occasio est absentia. At si ortum, ac mortem simplex dirimit momentum, stultè eorum querimur distantiam, quos & ipsi tam citò sumus re uisuri

LXX.

Sęuiùs, quàm funes, aurea deuinciunt monilia. Hęc animos ligant.

Pote-

LXXI.

Poteſtas violenter exercita breui deſinit. Quę ignis vi tolluntur machinę, ſpecioſo volatu diſſlantur in cineres.

LXXII.

Plereque Subditorum partis affectus ſibi obligat ille Princeps, qui minùs imperat, quò magis poteſt.

LXXIII.

Liberalis fieri incipiat neceſſum eſt, qui Auaritiâ liberari deſiderat.

LXXIV.

Iuſtior ille Dominaus, qui reprehendit, quàm qui damnat. Morte meliot eſt emendatio.

LXXV.

Triſtis euentus, ſi triſtioris memoriam deleat, antidotus animi eſt, non venenum.

LXXVI

Iniuriam non affert, qui corrigit, ſed qui ſe iactat correxiſſe.

LXXVII.

Maledicentia gemini mucronis eſt gladius. Vulnerantem ęquè transfigit, ac vulneratum.

LXXVIII.

Verè vltrix eſt offenſionum recordatio, quę meminit vt remittat.

LXXIX.

Aurum, quod ex ſuprema fodinę ſuperficie minimo labore effoditur, malleo malè reſiſtit. Exſudandum.

LXXX

Omnem ſubditam tibi reddas paſſionem, tuique met euades dominator.

LXXXI.

Iudicanti ſuperueniens Auaritia abortiuam reddit ęquitatem.

LXXXII.

Ibi non restauratur Prudentia, vbi Ira efferuescit.

LXXXIII.

Quicunque ex tenui fortuna in magnam repentè abeunt, hi priùs vultures, quàm opulenti.

LXXXIV.

Temeritas abundat, quò deficit iudicium.

LXXXV.

Modestię ignis virus odij in amoris mitridaticum vertit.

LXXXVI.

Linguę longitudo vitę profert breuitatem.

LXXXVII.

Quisquis sermonem irreligiosis depurat dictionibus, deprauatę conscientię exhibet argumentum.

Lau-

LXXXVIII.

Laudabilius est iuuare, quàm iuuari Nascimur ad auxilia.

LXXXIX.

Prauis actionibus tributi plausus nostrarum nęnię sunt ruinarum.

XC.

Fortunę iniurias in ijsdem vlciscemur iniurijs, si vt malum nobis faceret, priùs coactam bonum facere ei obiecerimus. Non adimit, nisi cui dederit.

XCI.

Qui felle oculos aspersus alienas videt prosperitates, perfidię laborat icterizià.

XCII.

Felix est qui in proprijs dotibus à Sorte pauper effici nequit, non qui potest ditari.

Qui

XCIII.

Qui superstes in Mundo, etiam post mortem, esse desiderat, labore nè terreatur. In Cœlis moratur Æternitas. Arduus ad illam ascensus.

XCIV.

Satis presumit superque, qui nihil presumit presumere.

XCV.

Sępiùs cum Superis, quàm de Superis loquare. Nam si in bonum, es impotens; si in malum, anathema.


XCVI.

Nulla altior speculatio, quàm quę ad sepulcrum demittitur. Melius studium est recti finis viam addiscere.

XCVII.

Animo calamitatibus presso aduentitię non obsunt calamitates. Prelia exteriora intestinis medentur discordijs.

Pro-



XCVIII.

Propria nunquam affligendi sumus paupertate, cùm alienis scimus nō inuidere diuitijs.

IC.

Alios nè iudicet, qui damnabilia in se discernit.

C.

Geniorum prauitas nullam Virtutem, si qua sit, perfectam possidet. Ira, atque instabilitas in ijs prędominantes nihil sinunt perficere.

*Centurię primæ Finis.*

24

# APHORISMI

Centuriæ Secundę

MORALIVM RISVVM



# CAROLO S. R. E. CARD. ROSSETTO

*Io: Franciscus Bonomius*

PROSPERITATEM.



*Ilaris esse postulat quaeque seruitutis oblatio. Vt euius-modi haec mea sit, affectibus cordis* Risus *coniungantur. En E.T. vtrosque. Et Tu hilari inspice supercilio. Tanquam ingenij partus, si non amplexu, venia sal-*

*tem dignare. Ex hoc obsequentis Calami tractu quanti à me tua ducatur Virtus, deducas. Sceptra abnuit venerari, dummodo tui meriti excolat Eminentiam. Id peragit, quòd Virtus, & Virtus Murice coronata, ipsis vel Diadematibus semper præponenda.*



MO-



# MORALES
## RISVS.

I.



Ortitudo eſt cum fortiori ſe imbecillum oſtendere. Alioquin temeritas. Nec vilitas, quę vincit audaciam.

II.

Sermonis licentia omnem bonorum operum harmonyam efficit diſſonantem.

III.

Fruſtranea illa eſt commiſeratio, quę animum non addit. Poſſibile de calamitatibus deſperat trophœum.

IV.

Ea recognitio ingrata est, è qua non oritur dilectio. Ipsę vel beluę suum esse arbitrantur cibantem lambere dexteram, quàm secus offendere, vt sibi ipsis ingenitum, non culpabile.

V.

Beneficia lęto semper animo accipiuntur, sed non lęto semper animo inspicitur Benefactor.

VI.

Tempus opportunitatum pater ad perfectionem quoque ea potest deducere, quorum nunquam excogitabilis terminatio.

VII.

Felicitatis expectatio ab alterius pendentis morte, aut impeditur, aut retardatur.

VIII.

Fortuiti euentus encomiorũ merita, aut culpę reatum nulli possunt impertiri. In-

IX.

Infortunati sunt magnę Virtutis Homines, quorum natales fortunati. Qui honoribus hęres substituitur, eos parandi gloriâ destituitur.

X.

Prę verecundia magis, quàm cupidine litigia sępesępius prosequimur.

XI.

Damnabilis est viuendi amor; nisi quatenus temporis, pretiosi adeo thesauri, subterfugere tentat iacturam.

XII.

Licentiosę scriptiones iuuenilium animorum venena sunt. Illas effuge, tanquam basiliscos. Si videndo non occidunt, occidunt dum videntur.

XIII.

In ijs, quę non habentur, maior semper iudicatur felicitas. Alienis ideo commodis inuidemus, melio-

rem in ipsis, quàm in nostrismet, voluptatem opinantes.

XIV.

Viris merito, non Gradu prestantibus inseruire, est meriti edificium sibi subitrùere.

XV.

Imperiorum anima est veneratio. Absque illa non viuitur; sine hac non seruantur.

XVI.

Mors vitę vsura est. Immeritò illam querimur. Cui accidit, fœnus debitum soluitur.

XVII.

Quietis cupido in perpetua inquietudine Hominem agitat. Qui totus contentio est Mundus, pacem vetat omnimodam.

XVIII.

Temeritatem eę dicunt exclamationes,

nes, quę Superũm decrètis opponuntur. Totum ab ijs regitur, ijs parendum. Qui aduersus Solis radios audet oculos extollere, periclitatur obcęcari.

XIX.

Minima fundamenti commotio quãlibet ędificij magnitudinem relaxat vndequaque.

XX.

Cum temporis progressu progreditur iudicium in Homine. Rara in Iuuene prudentia.

XXI.

Vbi contrariorum cõcurrit assensus, maxima vel fidei, vel incredulitatis prębetur occasio.

XXII.

Satisfactio non est, quamuis petita, cupitaue, ex qua imminet nocumentum.

XXIII.

Ficta Virtutum propalatio laudes propagat simulatas.

XXIV.

Tempus balsamum verax est, quo omnia cordis vulnera tutò sanantur.

XXV.

Firma ad Coronas nascendi fortuna, est cum pietate Sceptrum mouere.

XXVI.

Pręcipua Principum est prudentia tales se in rebus gerendis pręstare, quales poscunt haberi.

XXVII.

Iniustę proculcationes demum nonnisi ad pariendam in cordis oceano tranquillitatem inseruiunt.

XXVIII.

Cuicunque vulnerabile pectus est, huic Satyrę in calamo retinendę.

Ple-

Plerunque sanguinis pelagus atramenti guttam delere haud satis potens fuit.

XXIX.

Amouenda ab Auctoritatibus ira, & vocandum Consilium. Illa ad nihilum, hoc ad summum potest eas perducere.

XXX.

Eadem res diuerso in subiecto varios producit effectus. Cicutę venena hominibus sunt, mitridatica auibus.

XXXI.

Principes eę sunt tabulę, è quibus actionum delineamenta Subditis imitanda. Si informes, picturis tantùm informibus, proprio defectu, suas Regias decorabunt.

XXXII.

Satyrographus magis vitâ periclitatur, quam sperare debeat plausus. Affert ignominias; non laudem reportaturus.

Diffi-

XXXIII.

Difficilè decipietur, cuius oculi Familiarium corda poterunt intueri; non ſic qui ſolos vultus inſpexerit.

XXXIV.

In repentinis calamitatibus prima Hominem deſerit Prudentia; ipſi quippe deficit tempus.

XXXV.

Naturalium Proximi defectuum tolerantia quintum eſt elementum, quo verus componitur Sapiens.

XXXVI.

Quoniam Virtus eſt Ignis, qui maiores concipit flammas, quò magis agitatus, Docti, qui eâ ditantur, probantur agitando.

XXXVII.

Prudentis eſt malum vitare pręuidendo; fortis, poſtquam acciderit, tolerare.

Im-

XXXVIII.

Improbarum ictus linguarum graues sunt timentibus, leues temnentibus.

XXXIX.

Desperatus ille est dolor, cuius ad audienda solamina obturatę sunt aures, ex quibus postea aut rationi, aut supremę voluntati remittatur.

XL.

Peruersę Fortunę impetus dura reddunt Fortium pectora. Obstinata certamina bonos efficiunt Milites.

XLI.

Mors Naturę leuamen est, non pœna. Ab iniurijs Fortunę subtrahit, ac Temporis.

XLII.

Constantem aduersus animi Virtutem aduersę Sortis omnes hebetantur sagittę.

Quot

XLIII.

Quot dies viuimus, tot gradibus ad ſepulcrum accedimus. Satius igitur foret minùs viuere, vt illud tardiùs attingeretur.

XLIV.

Fortunam ſectari eſt ea terere veſtigia, quę pręcipitia miſcent aſcenſibus.

XLV.

Veri amoris titulum non meretur, qui obiecto moritur emoriente. Profani dedecus ſibi venaretur ille Amator, qui lacrymarum guttis ad excauandum monumenti lapidem indigeret.

XLVI.

Minores merito honores Hominem vilitant, non extollunt.

XLVII.

Quę Iuſtum premunt proculcationes, pondus palmam flectens imitantur.

tur. Ad maiorem illius exaltationem deseruiunt.

XLVIII.

Iniustus ille est angor, quem afflictio producit pręcognita.

IL.

Fatum est in sęculi ignorantia angustiarum nubibus. Sapientes obuolui. Solem non perferunt noctuę. Cunctorum oculi in eo maculas inueniunt, nam quod perpeti quis nequit, statim condemnat.

L.

Mors, quę Vitę initium Sapienti est, tanquam Mors nonnisi ab oculis Vilium trepidatur, qui magis dormiunt, cùm magis vigilant.

LI.

Difficilè accidentibus sese disponere, est animi imprudentiam ostendere. Mala Hominis argumentum Homini prębent.

Sensus

LII.

Sensus voluptates venena sunt saccharo inuoluta. Eodem occidunt tempore, quo delectant.

LIII.

Optimum foret grati animi officium beneficia semper concomitari, & tamen plerunque moritur obligatio, vbi oritur fauor.

LIV.

Virtutes diuitias interdum possunt aceruare; nunquam diuitię locupletare Virtutibus.

LV.

Vnica Heroum est quies parta sudoribus gloria.

LVI.

Virtus, quę impassibilis est, Hominem accidentibus minimè alterabilem potis est efficere.

Ad

LVII.

Ad Sapientem laudandum nulla potens mortalis facundia. Sat illę ab Hominibus nequeunt dotes exaltari, quę Hominem ab Hominum numero exaltant.

LVIII.

Eximię Virtutis Homines Gradibus decus addunt, non decus ab ijs reportant; ſicuti è contra Ignaui Gradibus detrahunt, pro honore vel ipſis dando, vel ab ipſis referendo.

LIX.

Aulam ſequi, vt felicitas acquiratur, eſt inter calamitatum conuentus quęrere voluptates. Fugiendum ab eo riſus oblectamen, qui in Regijs fletuum eſſe particeps minimè voluerit.

LX.

Potentes à Miſero fugiendi. Aurum, ac ignis mutuam renuunt ſocietatem.

Maio-

LXI.

Maiorem ille iactauerit Virtutem, qui potiùs cum Virtute operari, quàm suam exaltari Virtutem peroptauerit.

LXII.

Inferiores actibus verborum sunt minę. Timeantur illi, temnantur istę. Hę fœminę sunt, illi mares.

LXIII.

Vera est Philosophia, quę agit, non quę meditatur. Morum perfectio, non acies ingenij ita potest efficere, vt aliqua ętas celebribus Socratis temporibus nihil inuideat.

LXIV.

Laus non pręstanda Viuentibus. Aut pro adulatione taxatur, aut damnatur pro Satyra.

LXV.

Sanguinis sacrilegium, non viscerum pie-

pietas in Patribus est Natorum vitijs indulgere.

LXVI.

Parem postulat gloriam res scriptu dignas operari, ac lectionem merentes conscribere.

LXVII.

Nullus glorię radius enitescit, qui ab exsudato Studio non procedat. Illa hoc subsequitur, velut vmbra ad Solis lumen ambulantem.

LXVIII.

Cum maximi etiam spe honoris grādia suscipere non laudandum, vbi ęqua honoris possit esse perditio.

LXIX.

Pręmium optanti necessarius est labor. Triumphus non acquiritur absque certamine. Nec proprię fortitudinis specimen exhibet, qui hostem non aggreditur.

LXX.

Vera in actionibus politia decorus est finis. De hoc solo verum axioma, Omnis finis bonus.

LXXI.

Æquum Parẽtibus persoluit censum; qui cùm magnis supremę Virtutis, Famęque Genitoribus producatur, proprijs tamen actionibus magnum se proclamat.

LXXII.

Animi errores studio corrigendi. Vitia corporis, quippe quę naturalia, vitiosa non sunt; nos enim penes non est illa corrigere.

LXXIII.

Turbationum leuamen est tolerantia, non, vt vilis opinatur plebecula, mortis imploratio.

LXXIV.

Nisi oculo pręuidentię oculum quo-

que

que prouidentię Hominum Sapiẽtia coniunxerit, ſemicęca periclitabitur. Parum eſt id antenoſcere, cui poſtea non conſulas.

LXXV.

Qui ad deſperationem in anxietatibus confugit, ad quę orti ſimus, neſcire ſe indicat. Fręnum in ijs mordere, quę aliter, quàm euenerint, euenire non poſſunt, eſt arrogantis argumentum prębere.

LXXVI

Superbiam ſapit, non prudentiam, quidquid genij impulſu, non conſilij hortamine operamur, quamuis bonum. Nulli hominum tutum eſt rectè agere.

LXXVII.

Haud fugiendę calamitates. Vt humanitatis patrimonium contemni poſſunt, non vitari.

LXX.

Vera in actionibus politia decorus est finis. De hoc solo verum axioma, Omnis finis bonus.

LXXI.

Æquum Parẽtibus persoluit censum, qui cùm magnis supremę Virtutis, Famęque Genitoribus producatur, proprijs tamen actionibus magnum se proclamat.

LXXII.

Animi errores studio corrigendi. Vitia corporis, quippe quę naturalia, vitiosa non sunt; nos enim penes non est illa corrigere.

LXXIII.

Turbationum leuamen est tolerantia, non, vt vilis opinatur plebecula, mortis imploratio.

LXXIV.

Nisi oculo pręuidentię oculum quoque

que prouid[illegible]
tia conin[illegible]
tabitur . P[illegible]
cui postea non [illegible]

## LXXV.

Qui ad desperation[illegible]
bus confugit, ad qu[illegible]
nescire se indica[illegible]
mordere, quę ali[illegible]
rint, euenire non [illegible]
gantis arg[illegible]

## LXXVI.

Superbiam sapit, non [illegible]
quidquid geni [illegible]
filij hortamine [illegible]
uis bonum . Nul[illegible]
est rectè agere.

## LXXVII.

Haud fugiend[illegible]
manitatis pa[illegible]
possunt, non [illegible]

XLIII.

Quot dies viuimus, tot gradibus ad ſepulcrum accedimus. Satius igitur foret minùs viuere, vt illud tardiùs attingeretur.

XLIV.

Fortunam ſectari eſt ea terere veſtigia, quę pręcipitia miſcent aſcenſibus.

XLV.

Veri amoris titulum non meretur, qui obiecto moritur emoriente. Profani dedecus ſibi venaretur ille Amator, qui lacrymarum guttis ad excauandum monumenti lapidem indigeret.

XLVI.

Minores merito honores Hominem vilitant, non extollunt.

XLVII.

Quę Iuſtum premunt proculcationes, pondus palmam flectens imitantur.

tur. Ad maiorem illius exaltationem deseruiunt.

XLVIII.

Iniustus ille est angor, quem afflictio producit prçcognita.

IL.

Fatum est in sçculi ignorantia angustiarum nubibus Sapientes obuolui. Solem non perferunt noctuç. Cunctorum oculi in eo maculas inueniunt, nam quod perpeti quis nequit, statim condemnat.

L.

Mors, quç Vitç initium Sapienti est, tanquam Mors non nisi ab oculis Vilium trepidatur, qui magis dormiunt, cùm magis vigilant.

LI.

Difficilè accidentibus sese disponere, est animi imprudentiam ostendere. Mala Hominis argumentum Homini prçbent.

Sensus

LII.

Sensus voluptates venena sunt saccharo inuoluta. Eodem occidunt tempore, quo delectant.

LIII.

Optimum foret grati animi officium beneficia semper concomitari, & tamen plerunque moritur obligatio, vbi oritur fauor.

LIV.

Virtutes diuitias interdum possunt aceruare; nunquam diuitię locupletare Virtutibus.

LV.

Vnica Heroum est quies parta sudoribus gloria.

LVI.

Virtus, quę impassibilis est, Hominem accidentibus minimè alterabilem potis est efficere.

LVII.

Ad Sapientem laudandum nulla potens mortalis facundia. Sat illę ab Hominibus nequeunt dotes exaltari, quę Hominem ab Hominum numero exaltant.

LVIII.

Eximię Virtutis Homines Gradibus decus addunt, non decus ab ijs reportant; ſicuti è contra Ignaui Gradibus detrahunt, pro honore vel ipſis dando, vel ab ipſis referendo.

LIX.

Aulam ſequi, vt felicitas acquiratur, eſt inter calamitatum conuentus quęrere voluptates. Fugiendum ab eo riſus oblectamen, qui in Regijs fletuum eſſe particeps minimè voluerit.

LX.

Potentes à Miſero fugiendi. Aurum, ac ignis mutuam renuunt ſocietatem.

Maio-

LXI.

Maiorem ille iactauerit Virtutem, qui potiùs cum Virtute operari, quàm suam exaltari Virtutem peroptauerit.

LXII.

Inferiores actibus verborum sunt minę. Timeantur illi, temnantur istę. Hę fœminę sunt, illi mares.

LXIII.

Vera est Philosophia, quę agit, non quę meditatur. Morum perfectio, non acies ingenij ita potest efficere, vt aliqua ętas celebribus Socratis temporibus nihil inuideat.

LXIV.

Laus non pręstanda Viuentibus. Aut pro adulatione taxatur, aut damnatur pro Satyra.

LXV.

Sanguinis sacrilegium, non viscerum pie-

pietas in Patribus est Natorum vitijs indulgere.

LXVI.

Parem postulat gloriam res scriptu dignas operari, ac lectionem merentes conscribere.

LXVII.

Nullus glorię radius enitescit, qui ab exsudato Studio non procedat. Illa hoc subsequitur, velut vmbra ad Solis lumen ambulantem.

LXVIII.

Cum maximi etiam spe honoris grãdia suscipere non laudandum, vbi ęqua honoris possit esse perditio.

LXIX.

Pręmium optanti necessarius est labor. Triumphus non acquiritur absque certamine. Nec proprię fortitudinis specimen exhibet, qui hostem non aggreditur.

Vera

LXX.

Vera in actionibus politia decorus est finis. De hoc solo verum axioma, Omnis finis bonus.

LXXI.

Æquum Parẽtibus persoluit censum; qui cùm magnis supremę Virtutis, Famęque Genitoribus producatur, proprijs tamen actionibus magnum se proclamat.

LXXII.

Animi errores studio corrigendi. Vitia corporis, quippe quę naturalia, vitiosa non sunt; nos enim penes non est illa corrigere.

LXXIII.

Turbationum leuamen est tolerantia, non, vt vilis opinatur plebecula, mortis imploratio.

LXXIV.

Nisi oculo prędentię oculum quo-

que

quæ prouidentię Hominum Sapiẽtia coniunxerit, semicęca periclitabitur. Parum est id antenoscere, cui postea non consulas.

LXXV.

Qui ad desperationem in anxietatibus confugit, ad quę orti simus, nescire se indicat. Fręnum in ijs mordere, quę aliter, quàm euenerint, euenire non possunt, est arrogantis argumentum prębere.

LXXVI

Superbiam sapit, non prudentiam, quidquid genij impulsu, non consilij hortamine operamur, quamuis bonum. Nulli hominum tutum est rectè agere.

LXXVII.

Haud fugiendę calamitates. Vt humanitatis patrimonium contemni possunt, non vitari.

LXXVIII.

Odij Ceraftes folùm iugulatur terg vertendo. Vnicum id bellum, i quo non certare trophœum eſt.

LXXIX.

Peſſimum eſt, cùm id licitum exiſti mamus,quod libitum. Conueniens non delectans, optima ſummę po teſtatis eſt norma.

LXXX.

Temnere debet Magnanimitas quid quid temerè molitur Malignitas. Malum ab eo duntaxat trepidan dum, qui illud meretur.

LXXXI.

Animi dotes, non originis dignitas ęſtimanda. Quilibet Alcidem po teſt ęmulari, non quilibet ab illo deſcendere. Maxima omnium no bilitas Virtus.

Ad

LXXXII.

Ad Nominis ęternitatem minimè aspirandum. Memoriam quidem, viuum se in hoc Mundo vixisse.

LXXXIII.

Meriti abundat pecuniâ, qui Virtutis possidet fundum; decoquit inter thesauros, qui illa destituitur.

LXXXIV.

Vita est hęc Vita solùm viuenti, vt eos irrideat, qui illam lugent miserijs, breuitati, ac termino subiectam.

LXXXV.

Sanguinis parendum legibus. Cùm tamen Iustitię Statutis non derogant.

LXXXVI.

Per quàm difficillimum eos proprio nomini vitam dare, qui alienę Virtutis perimunt partus.

LXXXVII.

Extinctum nimis piè lacrymari, est in seipsum desęuire. Viui (flentis scilicet) salutem exponit periculo.

LXXXVIII.

Alterius iacturâ progressus facere studium iniquum est. Haud in ruinis ędificia.

LXXXIX.

Natus, qui ad sui gloriam Auorum gesta ostentare desiderat, in propria virtute, ac prudentia debet id exequi.

XC.

Dignum laude esse, non laudari curandum. Virtus perpetuò vera, Fama vt plurimum mendax.

XCI.

Dum aliqua illustri in Domo quispiam mali exitus nascitur, illicò obtenebrata illius familię moritur clari-

claritas. Aduersum ex opposito.

XCII.

Difficilis beneficiorum collatio. Si indigentiam opitulatio preuenerit, perfectum fuerit beneficium.

XCIII.

Rectitudo seruanda; absque tamen iactantiâ. Nostrum est bonum exequi, non id tantummodo consulere. Verba sine actibus sunt habitus sine corpore.

XCIV.

Qui in multi positus medio, pauco fuerit contentus, multo non indigebit. Pauper est qui semper, diues qui nunquam cupit.

XCV.

Vbi Pauperum patronus fuerit Princeps, nunquam, eò quòd defendentibus careat, gemebunda iacebit Innocentia. Auri pretiositas mille criminum rea nunquam Aduocatorum inops. Qui

XCVI.

Qui Rationi vixerit, non de facili morietur Passionibus.

XCVII.

Verbis potiùs, quàm verberibus, rigidum esse oportet Pręceptorem. Non dolor, at timor, ad Studia efficit alacres.

XCVIII.

Non inalterabilis temperamenti est, cuius humores ęquè commensurantur; sed qui pro ictibus blanditias, ac pro blanditijs Fortunę ictus vicissim suscipit.

IC.

Pronepotum mores, non supellectilis opulentia nobilis ornatum Domus componunt.

C.

Stultitiarum Stultitia est pedem catenis committere, vt acquirantur diademata.

*Centuriæ Secundæ Finis.*

# APHORISMI
## Centuriæ Tertiæ
## MORALIVM RISVVM




# NICOLAO S.R.E.

## CARD. LVDOVISIO

*Io: Franciscus Bonomius*

## SALVTEM.



*Isce dudum celatæ sub* Aphorismis *mei erga E. T. obsequij veritas demum pateat. Exhibitum à me Tibi eorum munus non otij fructus, sed otij fuit negotium. Hoc vno solummodò mihi gaudeo, gloriorque, quòd*

ſi in inuentuum ſubtilitate acumẽ iudicij non oſtentauero, in electione ſaltem Illius, quem proni venerantur, id exequar. Ingenij igitur paupertatis miſereſce, ac deuoto mentis affectui, quod potes, arride, ſi ſuam oblationẽ probatam, & acceptam vis exiſtimet ille, qui E. T. & proſperitatem precatur permanentem, & famulatum profitetur immutabilem. Vale.





# MORALES RISVS.

I.



Mictuum paupertas animi diuitias non vilitat. Corporis habitui longè preest, qui intellectus.

II.

Ille hostem sibi ventrem existimet, qui alacre ad sublimiores speculationes ingenium desiderat. Alter alterius motor.

III.

Morum puritatem vilis animi deturpat opprobrio plebecula, quia nihil scelestum iudicat, nisi quod

Leges vetant pro crimine.

IV.

Epularum lautitia ad Naturę exigentiam, non cupidinis excessum, metienda.

V.

Vbi incremento vlterior deest processus, propior accedit finis.

VI.

Morum dulcedo in Sapiente, est amaritudo, quę Liuorem interimit. Virtus enim, ac humilitas, non de leui in eodem reperiuntur.

VII.

Perniciosum semper fuit proprijs laudibus libenter aditum recludere. Illę compedes sunt, qui seueriorem etiã cognitionem ad suorum defectuum moderamen properantem impediunt.

VIII.

Miserorum querelis non debet illa
Prin-

Princeps ſurdeſcere, qui mutas maledicentium linguas vult experiri.

IX.

Cui ad implorandum in calamitatibus auxilium non deficit lingua, nec deſit periculis erepto ad propalandas obligationes.

X.

Verè imperturbabilis in eo pectore eſt felicitas, quod ſuos ſenſus ſupremę conformat voluntati.

XI.

Pro debitore magis optandus eſt, qui non ſoluit, vt ſemper beneficiorum ſeruet memoriam, quam qui ſoluit, ne ampliùs reminiſcatur.

XII.

Amicum ea nè poſcas, quę & ipſe nolles poſtulari. Alioquin absque ratione de ipſo querèris, ſi tuis abnuerit petitionibus.

XIII.

In quacunque re ſilentium Virtus. Vitium ſolummodò in negandis Virtuti laudum cenſibus.

XIV.

Mens hominum, aliquam determinationem aut trutinetur, aut ſtabiliat, nunquam ab honeſtate ſeuocanda.

XV.

Propoſita ſibi in actionibus etiam duriſſimis perſeuerantia dimidium impertitur triumphi. Militem, qui poſt duas lati gladij percuſſiones retrocedit, victorijs natum nè cenſeas.

XVI.

Suſpendenda in dubijs determinatio. Non quidquid veriſimile illicò verum; nec ſemper falſum quidquid primo aſpectu videtur incredibile. Sępè Veritas, ac Mendacium perſonam ſibi viciſſim commodant.

In-

XVII.

Intempestiua acceleratio proximam potiùs desistentiam indicat, quàm diligentiam. Propinqua extinctioni lucerna celeriores multiplicat flammulas.

XVIII.

Ad aliquod facinus impediendum, instrumentum melius est timorem incutere; peius, iram excitare.

XIX.

Demens est, qui ingenio caret ad deridendum humana cuncta veluti dementias.

XX.

Ille ingenti est prçditus animo, qui ad irç impetus habet exiguum.

XXI.

Satius Scientiarum diuitijs intellectũ ditare, quam thesauris materialibus ęraria.

XXII.

Vera epularum iucunditas in ijs tantùm dapibus delibatur, quarum apparatrix abſtinentia.

XXIII.

Humanę naturę conuenientius rectè agere, quam rerum cauſas contemplari.

XXIV.

Non ſuis caret Virtutibus vel ipſum imperandi exercitium.

XXV.

Haud ſat eſt boni ſanguinis, meliorumque eſſe morum, ei, qui cum improbis verſatur. Nimis hominum natura ad malum procliuis. Quilibet fortunatior Planeta malignus euadit, cum aduerſantibus cohabitans.

XXVI.

Qui Aulâ vult perfrui, doloſas Aulę oderit iucunditates.

Spe-

XXVII.

Speculatrix intelligentia perfecta non est cognitio, sed vmbra, & imago veræ, & subsistentis scientiæ, quæ in supremo totius Motore solùm reperitur.

XXVIII.

Melius inter sterilitatis miserias Vrbes cingere, quàm inter Annonæ largitates. Homines reddit stolidos abundantia, ingeniosos penuria.

XXIX.

Dum Consiliarios, ac Gubernatores eligunt Respublicæ, vtilitatem honesto præferentes, Doctos commendant, sed Rectos promouent.

XXX.

Laudabiliores eæ sunt Virtutes, ex quibus ingentior alteri deriuat vtilitas, quàm possidenti iuuamen.

XXXI.

Principibus, qui Numinum instar coluntur,

luntur, cordi esse debet clementia. Impropria Diuinitati sęuities.

XXXII.

Homo, qui ex se pars Mundi est, si à Mundo seiunctus consideretur, nonnisi ad aspectum Homo est.

XXXIII.

Ibi ampliorem meretur Pietas gloriam, vbi iustior vltionis occasio.

XXXIV.

Speculantes Scientię nequaquam stultitię sunt, nec deluduntur à Superis, cùm earũ auxilio ad Summi Entis cognitionem nitimur peruenire.

XXXV.

Lapilli, qui Tyrannorum Coronas gemmis condecorant, magis ad lapidandam eorum conscientię prauitatem, quàm ad decoranda inseruiunt diademata.

Alie-

XXXVI.

AlienamVirtutem absque ęmulationis proposito admirari, est proprię turpitudinis pretio debitum vectigal persoluere, absque debiti solutione.

XXXVII.

Ad cupidinem vetitę rei magis inflammat, qui aliquid fœminis prohibet.

XXXVIII.

Vir alicuius Virtutis prędittus facultate alijs potiùs, quàm sibi nascitur.

XXXIX.

A Morte, tot rea homicidiorum, nec ętas ipsa, quę propter annorum teneritatem, culparum est nescia, euadit incolumis.

XL.

Supernę Iustitię permissum est, impios periculis fidere, diffidere verò incolumitatibus, vt criminum pœnas incautè sibi quęritent.

Te-

XLI.

Temerarium eſt ſudictos ingenij cogitatus paginis inſerere, vt famę veracis, meſſes proinde colligantur. Triticum nunquam ex auena ortum eſt.

XLII.

Humani faſtus vitreo vaſi ſunt ſimiles. Quò maiores, eò fractu faciliores.

XLIII.

Magis Fortunę vicibus ſubiicitur potentis Viri conditio, quàm Pauperis. Nihil is habet, quo priuetur, ille multum.

XLIV.

Cùm animus in ſummo anxietatum extiterit, minor illius errorum facienda commemoratio. Ad hos enim dum reflectit, remedium illis non applicat, ſicque ad deſperationem acceleratur.

XLV.

Mali commercium claro Natalibus Ado-

Adolescenti flamma est, quæ ad omnes Virtutis actus eius animum indurat.

XLVI.

Potestas non partum labore Hominis lucrum est, sed Superûm munus; non sic porrò Virtus.

XLVII.

Fraudulenter adeò se gerit Fortuna, vt sæpesæpius ad deridendum arrideat; amplexetur ad iugulandum.

XLVIII.

Memoriæ tenendum, quæ transactis accidentibus applicata fuerint remedia, vt præsentibus subueniatur infortunijs.

IL.

Virtus criminis loco habetur, vbi regnat Ignauia. Sacrilegium est Palladi vouere, vbi imperant Mydæ.

L.

Quæ nimis ad vindictam currit Potestas,

ſtas, breui ſe deſtruit. Nullum violentum durabile.

LI.

Minor in felicitatibus mori infelicitas. Demum poſt gaudia luctibus ſolùm ſuperſtites eſſe poſſumus. Fortunæ moles, cùm pręſcriptum attigit ſignum, regreditur.

LII.

Minùs miserę ſunt Mendicorum miſerię, quàm Diuitum. Quæ his accidunt, è propriarum opulentiæ commoditatum, alienæque inuidiæ exuberantia fiunt aſperiores.

LIII.

Proculcati pauor Liuoris eſt corroboratio; intrepiditas, eneruatio.

LIV.

Prudentia, quæ omnibus conuenit; neceſſaria Regnantibus.

Com-

LV.

Compar Brutis, qui ratione non vti-tur; peior, qui vti recusat.

LVI.

Prompto animo donandum quod præ virium imbecillitate defendi nequit.

LVII.

Magnanimi est progressus hostium dissimulare; abiecti, solatium ex eius ruinis percipere.

LVIII.

Quæ trepidantur calamitates, cùm non imminuerint, suppositititia tantùm sunt infortunia.

LIX.

Aduersantis conditioni vires addunt incœptæ cum iactura contentiones.

LX.

Reportatæ è Fœminis victoriæ nonnisi ignominiam afferunt triumphantibus.

LXI.

In Fortunæ muneribus insolescere, est se vicinæ calamitatis ignarum confiteri.

LXII.

Suspectior Principibus esse debet dilectioris Ministri famulatus. Qui exaltatur immeritò, de leui fit proditor ingratè.

LXIII.

Trepidandi ab illo ascensus, qui trepidat præcipitia.

LXIV.

Præuidentia Virtus non est, cùm nimia. Vitium fit, ad sui deceptionem concurrendo.

LXV.

Stellas imitantur voluptates. Illę inter noctis tenebras magis effulgurant; hę inter calamitatum horrores suauiùs delectant.

Peri-

LXVI.

Pericula sæpesæpius vitantur adinueniendo.

LXVII.

Quò beneficus fauorum Principis Sol peruenerit, omnis efflorescit felicitas.

LXVIII.

Durabilis potentia non est, quę ortũ duxit è tyrannide. Malum fundamen ędificij minatur ruinam.

LXIX.

Infausti nimiùm influxus Planeta Studiosis est Aula. Eius insectatorum progressus, qui augentur per vitia, parùm cum Litterarijs, qui è Virtute proficiscuntur, conueniunt.

LXX.

Laudem non acquirit periculorum contemptus. Idoneum glorię pectus non possidet, qui multi illa ęstimat.

Illis,

LXXI.

Illis, qui non proprio crimine, sed so lâ Sortis perfidiâ, in calamitate incíderunt, is opem ferre debet qui iure, & merito Magnanimitatis titulum sibi vult mercari.

LXXII.

Magnum nunquam illud est pretium quod in grati animi gratiam effunditur.

LXXIII.

Puerilis est vanitas id optare, quod assequi nunquam possis.

LXXIV.

Vę illi, qui in prioribus annis eos non apprehenderit mores, quos sibi desideret in postremis.

LXXV.

Ea verè magna est potestas, quæ à nulla superatur in beneficijs.

Co-

LXXVI

Copulantur difficilè Natalium turpitudo, ac cogitationum Nobilitas.

LXXVII.

Æquè ex limo coagulatur, quæ Sceptrum ſubleuat dextera, ac quæ ligonem ſepelit in tellure.

LXXVIII.

Maximum inter omnia infortunium ad infortunia non poſſe illacrymari. Erumpens leuatur dolor.

LXXIX.

Aures cordis paſſionibus inuoluti rationi ſemper obſurdeſcunt.

LXXX.

Ob id ſolùm ſemet mordere Liuor effingitur, quòd inuidentem magis, quàm inuiſum offendat. A malo abſtineat, qui malum timet.

LXXXI.

A Sapiente, qui vt talis ſit, totus perfectio eſſe debet, vitanda in ſermonibus falſitas. Mendacium enim, quod, tanquam Veritati aduerſans, Vitium eſt, Virtuti opponitur.

LXXXII.

Aula campus eſt, qui ſterilitatem neſcit inuidiæ, quia fertilis tribulorum.

LXXXIII.

Virium ictus innocens non pauet Cõſtantia. Verè inuulnerabilem reddit culpis carere.

LXXXIV.

Vbi Virtutem ſuperat imaginatio, oritur inuidia; vbi imaginationem Virtus, ęmulatio.

LXXXV.

Is ſolus Aulam ingredi poteſt, qui perfidię peruerſitatibus poteſt reſiſtere.

Iuxta

LXXXVI.

Iuxta habilitatis vires Gradus quærendi. Secus euadunt onera honores.

LXXXVII.

Qui tempore Sapiens non eſt, inſipiens eſt.

LXXXVIII.

Nimis è cæno coagulatum ſe declarat, qui ſuæ carnis limum immodica proſequitur dilectione.

LXXXIX.

Res conſuetum Naturæ excedentes is vetatur profari, qui mendacis dedecus optat effugere.

XC.

Oportet Sapientem cum Pallade etiam tunc verſari, cùm Bacchanalitijs effruitur voluptatibus.

XCI.

Cui inter angorum procellas agita-

tum cor fluctuat, huic tranquillitas vultus esse non potest.

XCII.

Qui satis vult sapere, multos audiat, ac parùm loquatur necesse est.

XCIII.

Ille suis Subditis placet Princeps, cui proprij placent Subditi. Eundem traxere ortum diligere, ac diligi.

XCIV.

Vbi Virtus efflorer, ibi Inuidia fructificat.

XCV.

Haud dubiè in actionibus magis, quã in fronte, hominum leguntur propensitates.

XCVI.

Pusillanimis non est timor, quem delictorum suggerunt morsus.

XCVII.

Sæuiores inter, quæ hominem con-

turbent, passiones priorem obtinet locum timor.

## XCVIII.

Amanda sunt animi, non corporis decoramenta, nisi quatenus hæc exigit Dignitatis conditio. Stulta est ambitio carneum limum auro, ac gemmis inuoluere.

## IC.

Ignarus est, qui ad bona citra Virtutem desitura aspirat; quamque veluti diuinam venerari non merebatur, innocuis afficit contumelijs.

## C.

Qui absque labore suę certus fragilitatis effici percupit, sese circumquaque prospiciat, illamque ex earum rerum, quas vbique mirabitur, æternitate argumentetur.

*Centuriæ Tertiæ Finis.*

# APHORISMI

## Centuriæ Quartę

## MORALIVM RISVVM



# DECIO S.R.E.

## CARD. AZOLINO

*Io: Franciscus Bonomius*

## TRANQVILLITATEM.



*Vi Virtuti largitur, facultates sibi multiplicat, non perdit. Imò eiusmodi prodigalitate nulla parcitas lucrosior. Iurè interim glorior, si non Virtutem, id mihi saltem esse consilium, quod sudatos meorum* Risuum


*quæstus dum E. T. in munus destino, in maximi fœnoris censum valeat commutare. In memoria habe, Te ex fauore ad illius teneri protectionem, quod Tuo Nomini consecratur ex merito. Lege, tuere, & fac Valeas.*





# MORALES RISVS.

I.



Visquis Hominum loquitur. Qui sua vult lateant secreta, aut in se debet retinere, aut illi solùm, qui repetere nequeat, propalare. Si enim is, cui sunt curę, in abdito seruare non potest, minùs illę, cuius nihili intersunt.

II.

Inexpectati euentus, quò maiores, eò ingentius prouocant silentium. Ad maiorem cor deuinciunt admirationem.

III.

Vtilitati coniuncta delectatio in Scriptore non improbanda. Melius tamen, quàm solam afferre iucunditatem, prodesse; versutię enim, ex quibus plerunque prouenit delectatio, ad derisum magis dirigunt, quàm ęstimationem.

IV.

Finis nobilitas aditum ad omnes eas in quauis re aperit difficultates, in quas illorum vilitas animorum incidit, ac perit, qui turpis solùm finis gratiá operantur.

V.

Petitionum malleo oblata Amici Liberalitas percutienda, vt inde extrahantur beneficia. Suauiores pręstant odores aromata, cùm fortiùs teruntur.

VI.

Nulla adeo sublimis inuenitur pręui-
dentia,

dentia, quę serenum vnius diei ortum cùm viderit, certum occasus exitum possit proferre.

VII.

Difficilè è calamitatum fouea extrahitur, qui, vltrò in sinu iacens desidię, vt sibi opem ferant Viatores, inclamitat.

VIII.

Quę non benè regitur gula, plus gladio sæpè euasit homicida. Interminatum infligit vulnus.

IX.

Doloris experientia sapientes ipsosmet reddit insanos. Effrænem percute calcitronem, fit docilis.

X.

Constantię interdum, ac sagacitatis sibi vindicat gloriam cogitationum mobilitas. Humanitatis maximi interest mutari, cum fructu.

XI.

Alijs coram non patrandum, quod alienam propter præsentiam punitionem mereatur.

XII.

Vitam edocenti componere nulla dignitas æquum exhibet præmium.

XIII.

Nulla Homine merx fallacior. Ne falleretur, etiam die vsus lucernâ Cinicus.

XIV.

Interdum ex incompto vel capite purgatum emittitur consilium. Non Virtus è cortice.

XV.

Non semel in ipsis Fœmellarum pectoribus virilis constantia cordis enituit. E'vili silice Ignis.

XVI.

Nulla seueriùs vulnerat lingua, quàm

quę

quæ lambit; nec vllus profundiorem infligit plagam calamus, quàm qui adulatur.

XVII.

Qui, cùm oporteat, alios punitionibus corrigit, Iouis fungitur officio; qui eas negligit, fit homicida.

XVIII.

Diuitias licèt immerentibus à Cœlo impertitas intueamur, nostrum est opinari Superos largitores minimè de erroribus posse argui.

XIX.

Haud stultior illo stultus reperitur, qui proprijs ridet, gaudetque dementijs.

XX.

Qui verè somno laborat tantam plumarum mollitiem nihili pendit.

XXI.

Vir probæ non est conscientiæ, cuius cor macrum efficit supposita alterius

rius armentorum pinguedo.

XXII.

Eorum perfectio bonorum quærenda, quæ Fortunæ contumelijs sese valeant opponere.

XXIII.

Timor animis gloriæ cupidis iniquus semper extitit Consiliarius.

XXIV.

Quò plùs carnalium scalæ voluptatum ascenduntur, eò maiores ad descendendum parantur decipulę.

XXV.

Quæ certò expectatur afflictio, eò videtur clementior, quò citiùs peruenit.

XXVI.

Ignis, qui perfectarum Virtutum amore nos inflammat, eò recreat magis, quò magis accendit.

XXVII.

Magna ingenia, nî Probitate muniantur, in magnos incidunt errores. Æquum Virtuti fit Vitium.

XXVIII.

Aliorum Vitijs indulgere eorum participationi proximum est crimen. Eandem cum ipsis meretur pœnam.

XXIX.

Zelotypia est hydropisis, quæ suorum malorum ignem eò magis accendit, quò plùs bibendo tentat extinguere.

XXX.

Cum dulcedine ab eo pertractandæ admonitiones, qui proficuas esse desiderat. Quæ cum impetu fertur sagitta, propositum rarò attingit signum.

XXXI.

Morum moderationem exemplar meliùs introducit, quàm Eloquentia.

tia. Affectum magis commouent tragœdiarum spectacula, quam verba repræsentantium.

XXXII.

Potest quidem secundi sanguinis titulus pecuniæ tribui, dummodo tamen pro eo primum offendere caueatur.

XXXIII.

Mirum hoc est, quòd diuitiarum cupido in senibus magis augetur, cùm in ijs omnis alia decrescit, atque extinguitur.

XXXIV.

Qui transeuntes propter Mundi felicitates, eas animi, quæ omninò manentes sunt, transcurat, ille fabularum est Canis, qui verum pro ficto deserit cibo, & amittit vtrumque.

XXXV.

Abiectus non est qui bonis priuatur,

sed

ſed qui merito caret.

XXXVI.

Ea eſt Hominum temeritas, vt Cœlum ipſum prouocare non vereatur. Vę ſi Homo alatus incederet, vt vnum è terra palmam ſe poſſet extollere. Adeò præſumptuoſus euaderet, vt Olympus ipſe illi reſiſtere vix vix poſſet.

XXXVII.

Veri Sapientis eſt nihil mirari, ſi Ignauus ſibi moliatur inſidias. Elementum vnumquodque ſui Contrarij quærit deſtructionem.

XXXVIII.

Vera prorſus ſtultitia eſt Iracundia. In hoc ſolùm differunt, quòd hæc continua non eſt, ſi limitetur, illa interminabilis.

XXXIX.

Peruerſo munitur conſilio, qui cùm iræ poſſit reſiſtere, ipſi tamen, vt magis

magis commoueatur ea,sese committit. Incertum est quò illum possit efferre. Quapropter cùm etiam passionis vires prostraturũ se sciat, nullatenus tanquam Homo affectuum famulus, tanto se nunquam periculo deberet exponere.

XL.

Melius angores ferre, quàm voluptatibus effrui. Hę à Cœlo nos segregant. Illi ad ipsum confugere edocent.

XLI.

In armis sęuire, ferociam sapit; in dilectione desipere, vilitatem. Medius limes tenendus. Extrema queque vitiosa.

XLII.

Omnes licèt ad dominandum exoriamur, immeritò tamen sub mancipij iugo queritur famulus. Ex Naturę instituto magnis parua subordinantur.

Nulla

XLIII.

Nulla adeò ſuauis in morte dulcedo, quę ex horrore eſſe ſuum amittendi amara non efficiatur.

XLIV.

Iuuentutis otia ſudores prouocant in ſenio. E' contra Adoleſcentium labores ętati decrepitę quietem permittunt.

XLV.

Quem hodie pauperem proſternit Fortuna, cras eriget diuitem. Magni Montes ſemper minoraſcunt; neque id poſſunt absque paruorum exaltatione.

XLVI.

Corporis, Sortiſque incõmoda eius nunquam momenti eſſe debent cruciatus, vt Sapientis animus inde contriſtetur.

XLVII.

Magna diuitia eſt iucunditati coniuncta Paupertas; vbi ingens paupertas

tas iuncta anxietatibus Diuitiæ.

XLVIII.

Odia seuerissima ex immodico vt plurimum producuntur affectu.

IL.

Proficiscitur ex eius animo æquitas, quem thesauros cumulandi cupido corripuit.

L.

Si quę in Mundo perfectę felicitates, duas tantùm esse mihi persuadeo; primam, minoris licèt momenti, beneficium conferre; alteram, longè superiorem, restituere.

LI.

Facilis ille euadit labor, qui libenti suscipitur animo. Grauis, sed non pœnax Liberorum educatio, quia ex electione procedit.

LII.

Sępè irâ efferuescens discursus vultum

tum pudore, ac cor tristitiâ inuoluit.

LIII.

Sola Diuinitas ea est operatrix, quę ad suas actiones humano haud indiget auxilio.

LIV.

Fortunatum illud est Dominium, in quo obseruantię Legum exemplar pro lege ipse proponit Legislator.

LV.

Qui nulli exhibet fidem, malus est; peior tamen qui omnibus credit.

LVI.

Quidam adeò iniqui reperiuntur, vt si quis corda illis amore irriget, odium metat plerunque.

LVII.

Leuis calamitas infortunium ei non est, qui ad asperiores omnes ortum duxit miserias.

LVIII.

Satius fauorem denegare, quàm promiſſum nunquam adimplere.

LIX.

Breui tranſeunt omnia. Vnica mentis rectitudo Temporis ignorat inſidias. Quidquid humanum, terminabile. Ea ſolùm, quę humanitatem ſuperant, quamuis in homine, immortalitate fruuntur.

LX.

Is bonum proprium agnoſcere non dicendus, qui illud ſolùm nouit, cùm perdidit.

LXI.

Diuinum eſt proprijs etiam ſubuenire inimicis. Amicis auxiliari, hominis debitum; hoſtibus, ſupra humanum operari.

LXII.

Iuſtus nihil trepidat, impius omnia.

Con-

Conſcientię puritas arx inexpugnabilis; prauitas, nunquam ſat munita.

LXIII.

Hoc Ingratitudinis axioma contemptum reddere pro fauoribus. Serpenti blandire, occideris.

LXIV.

Vbi calamitatum morbus medullas animi attigerit, nihil aduerſus accidentia proficiunt medicinę. Ferro, Igneque Rationis, ad illius ablationem, vtendum.

LXV.

Cui non auxiliatur Cœli clementia, nihil proſunt Studium, Scientia, ac Pręuiſio. Quęlibet maiores hominum Virtutes negligentię ſunt, atque ignauię, ſi Superûm intelligentię comparentur.

LXVI.

Mors, quę cęteris meritò ſemper iniucunda, Iuſtis ſolùm gratiſſima

debet

debet euadere. Illis pro ęternę quietis hospitio, transactorumque laborum pręmio inseruit.

LXVII.

Vno excepto Sapiente, reliqui homines solùm vt tempus transigant operantur. Pro illo tantùm nimis citò volat.

LXVIII.

Vetus Mundi crimen est sudores pro Virtutis adeptione diffusos tanquam dementias irridere.

LXIX.

Tolerabilis terminos illa non excedit anxietas, quę postquam acciderit, potest cum hilaritate enarrari.

LXX.

Diues est, qui diuitiarum loco paupertatem veneratur, ac totum possidet qui pauper, quia nihil curat.

LXXI.

Nunquam, aut saltem rarissimè, ali-

quo

quo bono decedente, aliud succedit. Ita quidem semper de malis.

LXXII.

Qui Regio in cubili morbo vexatus affligitur, Lecti maiestate non minor illi efficitur dolor.

LXXIII.

Cùm damna suos habuerint exitus, haud quicquam subleuatur lęsus, quamuis mille verborum demissionibus supplicem sese submittat offensor.

LXXIV.

Non feralis ille est inimicus, qui toruo cum supercilio, manuque armis munita hosti fit obuius; sed qui cum placidis verbis, illecebrisque suauibus inimico blanditur.

LXXV.

Probant infortunia Amicitias. Meliùs frementi in ęquore pius Nauta cognoscitur, quàm in placido.

LXXVI.

Insulsiora cibaria mirum in modum suauia efficit fames.

LXXVII.

Stultus plerunque paucum curat exaggerare; in multum verò cùm redegerit, & paucum prodigit, & multum.

LXXVIII.

Animi potiùs dotes, quàm dotis opulentia felix constituunt matrimonium.

LXXIX.

Non exilis momenti Virtus est proprios abscondere defectus. O quot proborum communem penes cõceptum obtinent vices, quia suos errores celàre optimè nouerunt!

LXXX.

Indecens Amico promissum seruare, est ei potiùs fidem diffringere.

LXXXI.

Tota delirat mente, qui firmitatem in humanis sperans prosperitatibus, liberas pręcipiti genio habenas relaxat. Homo, qui natus ad Virtutes, Vitijs non sese committat; scelerum quippe comites pœnę.

LXXXII.

Nullus eo reperitur ignauior, qui humanę oblitus nobilitatis, seruire, & pluribus seruire non recusat. Famulari, calamitas; famulari verò pluribus, stultitia.

LXXXIII.

Iniustus Sceptrorum possessor ille est Princeps, qui insipiens. Qui Imperijs nascitur, nascitur & Sapientię.

LXXXIV.

Ingentis Vir ille est Virtutis, qui se cupidine capi non patitur, vt Regum Aulas introeat, impietatis prędam euasurum se trepidans;

tanquam veras ſciat diuitias in pietate contineri.

LXXXV.

Eum, qui teſtudinis ortum nactus, decet velle aquilarum volatus extollere. Terrenę ambitionis vapor nunquam eleuatur, quin lacrymarum in imbres decidat immutatus.

LXXXVI.

Cùm magni intellectus Homines profundiùs philoſophantur, eò quòd ad ſuprema tracti hęc humana deſpiciant, tanquam Ratione carentes deridentur. Mortales, qui mortalibus tenaciter adhęrēt, eos, qui ab illis ſe diſtrahunt, non homines adiudicant.

LXXXVII.

Inexhauſtum ęrarium eſt, totus ſapientiā refertus Princeps.

LXXXVIII.

Inſipiens ille eſt Nauita, qui tempe-
ſtati

ſtati proximus, ad ſuam ſalutem Palinurus eſſe negligit.

LXXXIX.

Arbor ſpei, ſi conſilio colatur, ingenijque ſudoribus irrigetur, optatę rei fructum ſcit parere.

XC.

Nullum hęc Vita ſuaue adeo ſolatium delibat, quod deguſtatum nauſeam denique non excitet.

XCI.

Potentibus ea ſemper nubila eſt dies, quę alicuius rei ab illis geſtę ſereno non exhilaratur.

XCII.

Non parùm Superi eos adiuuant Virtute prędito, quibus cùm Sors omnia abſtulerit, Calamum ſaltem reliquerit. Poteſt ille faciliùs, ac feliciùs, quàm Enſis, Mortis ipſius, nedum Fortunę, iniurias vlciſci.

XCIII.

Amara ei Mors videtur, qui dulcedinem viuendi, actionum saccharo, immortalem esse non cognoscit.

XCIV.

E' Sapientûm catalogo is delendus, qui ex omnibus indefessis suę vitę studijs intrepidè mori non didicerit.

XCV.

Peius est partas perdere facultates, quàm nullas vnquam acquisiuisse. Necessariò malum fit, quod vt bonum fieret, necesse non fuerat.

XCVI.

Ea nunquam spectabilis euadit opera, quam circum, non vt diligenter, ac ad gloriam, sed citò, atque ad lucrum artifex elaborat.

XCVII.

Non lingua, vt quidam autumant sese magnę Virtutis Viros buccinantes,

tes, sed humilitas, ac modestia, sublimis doctrinę hominem propalant.

XCVIII.

Pœnitentis animi demissionum tanta est potestas, vt ex ipsorum Superûm manibus fulmina eripiat.

IC.

Sanum aliquando est consilium, vt ad minorem hominis cruciatum magis id placeat, quod ingratius.

C.

Inuoluta vrbanitatis demonstrationibus verba auribus tantùm quandoque pulcra sunt. In arbore interdum fructus, qui oculos capit colore, palatum decipit ad saporem.

*Centuriæ Quartæ Finis.*



# VOLVMNIO S. R. E. CARD. BANDINELLO

*Io: Franciscus Bonomius*

EXALTATIONEM.




*Vmmum felicitatis apogæum* Risibus *hisce meis attingere daretur, si, quoniam ijs, quas* **E. T.** *debeo, obligationibus satisfacere minimè possunt, ad eas saltem vltrò confitendum sufficere probarentur. Mei pauper-*



# MORALES RISVS.

I.



Xtranea magni ausus facinora, nonnullam, dummodo veniam mereantur, faciles reportant plausus, quòd non nostratia.

II.

Qui Doctum diligit, quid viui amat, quia Virtuti, quę nunquam moritur, affectus consecrat; qui Ignauum, cadaueris fit amans.

III.

Genij volatus ab ijs, qui aliqua ducun-

tur passione, impediendi sunt, nisi ad pręcipitia volare desiderent.

IV.

Qui cùm ad ingrati auxilium laborauerit, nonnisi maleficentię mercedem ab illo reportat, seipsum queratur. Quisquis huic hominum fęci beneficia impertitur, omninò alienat, non dat mutua.

V.

Sępè qui retia alijs tetendit, in illa ipse pedes coniecit. Auctorem suum propria plerunque fefellit culpa.

VI.

Multum optanti id etiam, quod multum, paucum videtur. Ieiunior helluonis venter, cùm saturior.

VII.

Auaro tam quod habet deest, quàm quod non habet. Species inopię est absque fruitione possessus.

VIII.

Infelicem in lapsum temerarij semper desinunt volatus. Rationi fidendum, non fortitudini. Pusillus scorpio quamlibet gigantem interficit beluam.

IX.

Collatę ex merito, nec petitę, Dignitates meritum augent Decorato. Suffragijs verò obtentę, & danti detrahunt, & accipienti.

X.

Facile regionem mutare, non sic mores. Quotannis mutat locum hirundo, sed nullibi garritum.

XI.

Mediocris licèt aliqua sit pulcritudo, si virtutibus formosa apparuerit, nullá alia venustior.

XII.

Mors vetita martyrium ingeminat mise-

miseris. Crudele humanitatis fatum, perniciosum bonum habere, dum malum poscitur!

XIII.

Apertis tibijs Amico sui errores propalandi. Secùs, sacrę leges Amicitię violantur.

XIV.

Qui semper vixit in luctibus, inexpectatum ridentis Fortunę aduentum eò lętiori suscipit contubernio. A' procellis nil portu dulcius.

XV.

Grauius sępè damnum ab Amicis infertur, quàm Hostibus. A' quibus non cauetur, facilior proditio.

XVI.

Desinit miser esse qui moritur, ac beatus incipit fieri, probè cùm vixerit. Ab erratorum occasione subtrahitur.

XVII.

In honoris afflictionibus nondum propalatis hilaritatem vultus ostẽdere, imò prudentiam sapit, non fictionem.

XVIII.

Ex legibus animi furoribus ad quoduis difficillimum facinus alacriter suscipiendum, terminandumque, non animus deest.

XIX.

Interdùm quoque Hominis est non vti Ratione. Gramen quò minùs colitur, maiores occupat glebas.

XX.

Mundi Oceanus infidi ignominiam non vndequaque promeretur. Natandi in eo peritum nunquam submersit.

XXI.

Longè errat, qui venali in pectore fidem

dem somniat nancisci.

XXII.

Seruitus cum Imperij dulcedine exposcenda. Sanguinem, nedum lac, extrahit nimia vberum pressio.

XXIII.

Periculis superior is credendus, qui benè seipsum rexerit in prosperis. Tam hęc, quàm illa hominem possunt prosternere.

XXIV.

Ipsę si nimiùm frequententur delicię, morosę fiunt. Nauseam inducunt, quantumlibet suauè condiantur, quę semper eędem, dapes.

XXV.

Duplicem meretur punitionem, qui bonum prędicat, ac malum operatur.

XXVI.

Perdi meretur, qui auxilium respuit petere, à quo posset impetrare.

Dicto-

XXVII.

Dictorum opulentię succedanea semper factorum inopia. Minoris sunt pretij verba, quàm ęra.

XXVIII.

Periculosę plenum opus est aleę iniquo sub iudice ęquam causam patrocinari.

XXIX.

Melior seuera dilectio, quàm proditoria suauitas. Amor est amantis punitio; fraus adulantis blanditię.

XXX.

Mutua inter nos, Terręque procliuitatem connexio è Supernis nos non debet amouere. Non ei, qui ex terra componitur, dedecus est Terram diligere. Est quidem suę materię illum, à quo fuerit informatus, postponere.

XXXI.

Illius interest munera respuere, qui sui

sui arbitrij esse dominus cupit. Seritur, vt metatur.

XXXII.

Non adèo malum est, sua iuuenilium delectationum stadia Adolescentes percurrere. Iuueniles lapsus, vbi ętas prouectior, in dementias degenerant. Percurrant igitur, sed vltra Rationis terminos non transcurrant.

XXXIII.

Rebellem Cœlo se demonstrat, qui, in auri prope Inferos nascentis gratiam, illius sese Legibus obijcit.

XXXIV.

Corticem vltra non prętereit ille intuitus, qui in propria alienam quoque non respicit vtilitatem.

XXXV.

Sese non ęstimet, qui ab alijs desiderat ęstimari. Bona de se opinio fundus est, qui proprio neglectu emitur, non ęstimatione.

Is

XXXVI.

Is verè suas in se cognoscit Virtutes, qui se pro Indocto, & discernit, & publicat.

XXXVII.

Homo, qui in sua cęcutit pręsumptione, id etiam, quod humanas superat vires, posse percuperet. Ignorat amens, tunc proximas Morti esse formicas, cùm alas emittunt.

XXXVIII.

Lydius Modestię lapis est, acceptas iniustè contumelias ęquo animo perpeti. Qui indebitam alijs affert iniuriam, sibi affert.

XXXIX.

Suam pręuenit Mortem, qui suos affectus, vitamque in venalis formę sinu sepelit miser; quę omnium plerunque malorum congressus, imò animatus est marcor, visu solùm delectans.

Nun-

XL.

Nunquam Superſum otiatur prouidentia, ſceleribus licèt non opponatur.

XLI.

Strenuus ille Dux non meretur apellari, qui propter conſiliorum inopiam præclarum aliquod facinus ſuſcipit, nec terminat.

XLII.

Nihil in Terris eam ſortitur perfectionem, qua à ſuo contrario deſtrui negat. Marmora ipſa, atque Æra voracis Temporis dentes minimè effugiunt.

XLIII.

Bona de aliquo opinio efficit plerunque, vt toruus etiam oculorum aſpectus pro beneuolo ſuſcipiatur. Aduerſum ex oppoſito.

XLIV.

Cum Bonis eum oportet verſari, qui malus fieri non cupit. Neque ſuę

fidat

fidat prudentię. Communicabile est & bonum, & malum. Hoc verò cùm inhęserit, tenacius.

XLV.

Non interrupta alicuius agentis operatio maiorem reddit effectum.

XLVI.

Amens est, qui amicas propter correctiones offensum se declarat. Admonitio purgans medicamentum est; ei, qui in bonum recipit, salubre; lethale, qui in malum.

XLVII.

Thesauros non perdit, qui honorem vt seruet, facultates amittit.

XLVIII.

Negotia, quę abundant periculis, aut non suscipienda, aut superanda, aut Homo recipiatur in tutum.

IL.

Pręmia, pœnęque gemini profectò

sunt

sunt cardines, sub quorum firmitate & Regnorum, & Regnantium Sors rotatur.

L.

Illa sanguinolentior hostilitas, quę cruenta incipit fieri, quàm quę talis ex sui primordio.

LI.

In blanditijs Filios enutrire, est alere ad Vitia. Lactantium muliebritas animos in illis non fouet viriles.

LII.

Qui vrbanitatis prodigalitatem in famulos diffundit, ad temeritatem, atque inertiam ipsos inducit.

LIII.

Lucrum non est, sed perditio quidquid cum alterius detrimento acquiritur.

LIV.

Hominum eloquentia suauiorem alicui

cui tristitiam potest efficere, sicuti è domestico discursu breuior laboriosi itineris longitudo redditur Viatori.

LV.

Necesse sit, iustitiam vt vendat, qui Honores emit, ac Ministeria.

LVI.

Bonum ad Amicos confugere. Melius porrò ad ipsos confugiendi necessitate carere.

LVII.

Pessima in Foris vocum altitudo. Iudicum aures ad iustas rationes exsurdat; ad falsas verò expergefacit accusationes.

LVIII.

Æstimabilius, quo Fœmina decoretur, monile est Pudicitiȩ. Maximi ille thesaurus pretij est, quem Fures, possessore inuito, nunquam possint eripere.

Au-

LIX.

Aulam, quę ſemper infida, vt quis vel ſolùm miretur, è longè cernere oportet. Picta eſt tabula, ſed ex ijs, quę diſtantiam effingunt. Procul aſpicienda; propè diſplicet.

LX.

Bonus ab illa arbore fructus nequit expectari, quę pulcros non germinat flores. Sequitur auctores genus.

LXI.

Homo ab earum Mulierum, quę praue ſunt mentis, nunquam ſat ſibi cauet. Seſe à decipiendo magis alienas effingunt, cùm id magis efficiunt.

LXII.

Peſſimorum ſæpè euentuum procreatrix nimia in ſuos indulgentia. Immitis eſt pietas, quę deinde prouocatura ſæuitiem.

LXIII.

Quo in loco nulla resistentię aduersitas, in eo solùm grassatur Tyrannis. Vbi feles desunt, ibi mures prędantur.

LXIV.

Irascibilitatis error est hominem interdum peius eligere; Mulierem, ferè semper, leuitatis.

LXV.

Aurum semen est, quod prodigè iactum, nonnisi infelix paupertatis lolium, pungentesque pœnitentię egerit aristas.

LXVI.

Arma robur timidis non superaddũt. Fortitudo in pectore consistit, non in thorace,

LXVII.

Malum ex se non est mori. A' culpis tantummodo, quę animum erodũnt, malum efficitur.

LXVIII.

Corporis vexationes superficiales tan-

tantummodo ſunt; animi verò cruciatus, ſubſtantiales.

LXIX.

Non illi Mortem, cùm venerit, exhorreſcunt, qui vt non morerentur vixere, ita licèt viuentes ad illam diſponantur. Per hanc ſciunt potiùs ſibijpſis aditum ad vitam aperiri, quàm reſerari ſepulcrum; niſi enim in corpore, viuunt in nomine.

LXX.

Tyrannorum memoria nonniſi ad propalandas eorum ignominias deſeruit.

LXXI.

Peruerſę Sortis aduerſitas ſolùm in placidę mentis tranquillitate naufragium perpetitur.

LXXII.

Sapientior eſt in domo propria Ignarus, quam Sapiens in aliena.

LXXIII.

Minor eſt turpitudo, cùm pericula im-

imminuerint, inchoato reuerti è ſtadio, quàm termináſſe poſtmodum pœnitere.

LXXIV.

Innumeri ſunt, qui innumeros ſuſtinent cruciatus, vt aliquem efferantur ad Gradum, qui illis ſępè extremum parat pręcipitium.

LXXV.

Annis deficientibus Homini deficit fortitudo; atque voluptate decreſcente creſcunt dolores.

LXXVI.

Voluntatum conformationes, non arcium fortitudines, inuictas conſtituunt Reſpublicas.

LXXVII.

Ad ciuilis vitę beatitudinem vellét quisque perduci. Pauci tamen Virtutum Moralium, quibus verè acquiritur, adeptioni operam intendunt.

LXXVIII.

Fruſtra in determinationibus quoduis adhibetur conſiliùm, ſi affe-ctio aliter ſuadeat.

LXXIX.

Res indirecta ratione ſuſceptę bonum licèt initium videantur ſortiri, in malum tamen ſemper terminant exitium. Felix in prauam operationem introitus veram peſſimi exitus arrham exhibet.

LXXX.

Hominum ſapientia quoniam varias inter variarum cogitationum trochleas voluratur, firmitatem in ijs, quas tractat, rebus habere non poteſt.

LXXXI.

Detractores eę ſunt apes, quę, dūmodo pungant, propriam nihili ęſtimant vitam.

LXXXII.

Quantumlibet Auorum Monimenta Æui progreſſu fumicentur, ſat eſt,

ſi

si rebus Nepotum gestis clarescant.

LXXXIII.

Regia Cœlum est, in qua Virtus Malignitatis Saturnum ex quadrato minitantem semper patitur.

LXXXIV.

Fortunę trophœa sunt de Potentibus triumphare. Illa est venatrix, quę apros sectatur, non lepores.

LXXXV.

Verax gloria è magnanimis, illustribusque oritur gestis, non obscuris, ac turpibus.

LXXXVI.

Veri Sapientis aduentus Regnum integrum consolatur. Orbem totum nascens recreat Phœbus.

LXXXVII.

Alterius mortem, atque excidium nihili, aut pauci saltem, ęstimat, qui dominandi cupidine iugulatur. Ad iustitiam cęcutit.

LXXXVIII.

Nimis nunquam procraſtinamur in criminibus corrigendis; imò quoduis tempus ad eorum proſcriptionem idoneum.

LXXXIX.

Quisquis id trepidat, quod nollet, nolit quod non poteſt, velit quod ęquum eſt.

XC.

Vę illius Regni populis, vbi mendacium veritatis perſonam gerens per Aulas incedit.

XCI.

Vitanda omni ſtudio lethaliora pericula. Poſſunt quidem Parcę vitalis noſtri ſtaminis abſciſionem differre, non reciſum rurſus internectere.

XCII.

Melius eſt liberum mori, quàm ſub Regum tyrannide infeliciter viuere.

XCIII.

Theſaurum vitę non poſſidet qui ad glo-

gloriosam sibi emendam mortem illum non impendit.

XCIV.

Vbi meliora deficiunt, illa etiam, quę minoris sunt ęstimationis, maximi euadunt pretij.

XCV.

Mirabile id est, quòd in suis passionibus adeò cęca Mortalitas, vt ſęuos sponte quęrat dolores ea propter solatia, quę vix orta euanescunt.

XCVI.

Qui Iudex improbis parcit, & probos offendit, ijs scilicet, qui sibi hostes sunt, fauens, & improbos peiores reddit, cùm ipsis veniam pręstet pro pœnis.

XCVII.

Qui moribus est inelegans, quò magis comis studet videri, eò fit morosior.

XCVIII.

De seipso vel solo timeat, qui enormia scelera est paratus vt patret.

Eiusmodi remorsûs est crimen, qui auctorem quoque suum pro inimico vereatur.

IC.

Tantę virtutis humano in pectore viuax spes est, vt vel semianimem viuum fulciat, ac sustineat.

C.

Ad faciliora nos impellit, à difficilioribus verò retrahit Natura. Et tamen ad malum ex se tam arduum magis tendimus, quàm ad bonum adeò facile, nullisque subditum legibus. Non propensio igitur Naturę est, si Homo prauè operatur, sed voluntatis obliquitas.

F I N I S.

*Omnes Homines vitam consumunt, Risu digna tractantes.*

# LO STAMPATORE
## A chi Leggerà.



L'Interesse, ch'oggimai acciecа tutt' huomo, non che queglino, che viuono delle propie fatiche, mi violenta (auuegnachè fuor di luogo, e forse senza saputa dell' Autore) à darti vn Saggio delle Poesie Morali, che tuttauia stà ripulendo, fatto certo da chi ne venni onorato, che le mie Stampe riporteranno la Palma di far dono à suo tẽpo alla tua curiosità di questo suo nuouo Libro, intitolato

SISTRO POETICO.

Faccia nondimeno per hora dal poco giudizio del molto chi hà della Poetica facultà cognizione basteuole; e Dio ti guardi.

## Inuitato alla Corte.




*CHe in Corte io passi? Intimo guerra, e morte*
*A chi al mio viuer seruitù propone.*
*Da speranze profane io non ho attorte*
*Le brame di mia libera ragione.*

*Prema la soglia di superba Corte*
*Chi l'vbbidir' al comandar prepone.*
*E che può altrui donar la Corte in sorte,*
*Se dà à vsura di duol premj, e Corone?*

*Facciasi abitator di Regio tetto*
*Quei, che lusinghe, e voci di Sirena*
*Accoglie, Infernal Mostro, in Vman petto;*

*Che à me, che d'esser mio la voglia hò piena,*
*Non può laruato ben sembrar perfetto,*
*Che à nobil Cor titol di Seruo è pena.*



Sie

# Siegue l' argomento stesso.



*Hor, che sento inuitarmi a' Regj tetti*
*Odi, Fortuna auara, i miei lamenti;*
*E voi di falso bene Aulici ardenti,*
*Dite se son da Corte i miei difetti.*

*Io per natura hò candidi gli affetti,*
*Schiuo le dignità come tormenti,*
*Varj in bocca non hò dal Cor gli accenti,*
*E son l' altrui fortune i miei diletti.*

*Veggio di più, ch' à i Rè le Gemme, e gli Ori*
*Scusan raggi di Ciel poco soaui*
*I lor dominj à discoprir minori.*

*Stimo i Diademi speciosi aggraui:*
*E le Porpore Lor come rossori*
*Osseruo ancor de' Lor misfatti graui.*



## Il medesimo argomento.



*DI speme disperata odio gl' inuiti,*
*Che meditan l' Occaso à gl' altrui giorni;*
*E all' bisogne mie scelgo i partiti,*
*Che pōno eternar l' Orto a' miei soggiorni.*

*Soccorra Esca di Corte à gli appetiti*
*Di chi si nutre in que' Conuiti adorni,*
*E disseti in quei Calici forbiti*
*Chi non teme, che in lor Morte soggiorni.*


*Parmi, che poco à sciolto Cor conuegna*
*Di Vita logorar l' hore fugaci*
*In adular chi indegnamente regna.*

*Lungi dal pensier mio brame penaci:*
*Che nobil' Alma ricourar disdegna*
*Doue Fede, e Virtù son contumaci.*



Il te-

# Il tema medeſimo.




*OVe, Annibal, mi chiami? E poi preſumi*
*D'Vſar cõ meco amiche forme ognhora?*
*Dà miglior legge a' tuoi conſigli, e ancora*
*Darai legge migliore a' miei coſtumi.*

*Qual la natura ſia de i terren Numi,*
*Che con riſo del Cielo il Volgo adora,*
*L'occhiuto Scettro à te l'inſegni horhora,*
*Che pinſe Egizia mano a' noſtri lumi.*


*E che? Farò d' Huom ſeruo il mio volere,*
*Cui ſia meſtier, per trouar duce fida,*
*Da picciol Verga occhiuta il lume auere?*

*Nò, ch' io ſdegno ſeguir la ſcorta infida*
*Di chi cieco non vede il ſuo potere,*
*Di chi cieco poter Cieco hà per guida.*



L'ar-

## L'argomento medesimo.




*E Sarà ver, che al libero mio piede*
*Io ponga di mia mano aspra catena?*
*Che fulgor di caligine terrena*
*Faccia il mio Cor di vano fumo erede?*

*Che, doue hã Froda, e Orgoglio albergo, e sede*
*Io mi conduca à menar gli anni in pena?*
*Che vada seruo chi contezza hà piena,*
*Che picciol duol sourasta à gran mercede?*

*Non sia chi 'l sogni. In me parer s'annida,*
*Che l'Aula à sciolto Cor nulla conuegna,*
*E ch' è matrigna all'Huō la Corte infida.*

*Serbarò dunque à seruitù più degna*
*Mia libertà, che appena in me confida,*
*Se sol ben serue chi à se stesso regna.*



# L'argomento stesso.




F*atto idolatra di purpuree spoglie*
*In Corte senza sè fondi sua spene,*
*Oue nulla è di picciolo, che il bene,*
*Chi adora à par del Ciel le Regie soglie.*

*Ch'io, che scarco men vò d'ingorde voglie,*
*Da che le scorsi mascherate Scene,*
*Sol da lungi le miro, e mi conuiene*
*Piagnerle Orchestre flebili di doglie.*

*E perchè autrici d'orridi tormenti*
*per l'Huom son l'Aule, cōtro lor m'adiro,*
*Di cui sangue, e palor son gli ornamenti;*

*E dico: prenda vn pazzo in lor ritiro,*
*Ch'io gir ricuso da' miei dolci stenti*
*Fra i tesori d'vn Crasso à penar' Iro.*



# Il medesimo tema.



*DA me lunge diuampi il suo splendore*
*Raggio di Reggia torbida, ed impura:*
*Che souente di Fulmine il fulgore*
*Viè più di quel, ch'allumi, arde, ed oscura.*

*Lume vn tempo di Ciel parue al mio Core*
*Luce d'Ostro Real, di rado pura,*
*Ma tosto ingemino luce d'orrore*
*A gli occhi miei, per mia fatal Ventura.*

*Non più di Regio Sol, ch'apra confuso*
*Lu id'Orto, atro Occaso, il sen m'ingombra*
*Voglia d'idolatrar splendore ottuso;*

*Che, se per Ombra il miser'Huom s'adombra,*
*Ombra di Grande io mendicar ricuso,*
*Poich'è fieuol ricouro à Vn'ombra Vn'-*
*Ombra.*



L'ar-

## L'argomento stesso.



*Cada in quel Cor di Seruitù 'l pensiero,*
*Cui sěbra il perder libertade acquisto,*
*Chi de gli affetti suoi regge l'impero,*
*Di comando vulgar non và prouisto.*

*Porta vero Diadema al Crine altero*
*Chi nuda libertà fruir fù visto.*
*Giogo di pouertà non è seuero,*
*Purchè spartito da seruaggio tristo.*

*Guidisi carco d'Oro à finir gli anni,*
*D'vn' Aula ingombro, e dell'EmpieZZa drudo;*
*Chi à speme d'Or può accarezZar Tirāni;*

*Ch' io, che prouo tormento in esser crudo,*
*Abbraccio Libertà carca d'affanni,*
*Che in libertà sarò ancor ricco ignudo.*



## Ricusa l'inuito di Corte, e propone di seruire à Dio.



*CHe mi ragioni auida speme al Core?*
*Cessa, ch'io sordo al tuo cõsiglio indegno*
*Formoso incarco d'abbracciar disdegno,*
*Che amor professa, e non conosce amore.*

*E se gioia non hà senza dolore*
*Del Mondo tutto il combattuto Regno,*
*Sceglio del Ciel la Corte vnico segno*
*Del mio seruire, e Prence il Redentore.*

*Odia l'Eccelsa Reggia Aulici auari,*
*Che il Rè di sourangelica possanza*
*Vuol perfette Sostanze, e Spirti rari.*

*Di Rè terren l'Ingordo ami la stanza,*
*Ch'io corro al Tẽpio à riuerir gli Altari,*
*Doue certo Tesor l'Huomo s'auanza.*



Pre-

# Prescriue riposo alla Penna.



*Poichè veggio dell' Ozio ogn' Huom seguace,*
*Cesso dalle fatiche, e gli Ozj abbraccio;*
*Ogni picciolo affare è grande impaccio,*
*Qualor Virtù non gode hora di pace.*

*Tù, già de' miei sudor Penna ferace,*
*Che per trattar sofferst arsura, e ghiaccio,*
*Logra adagiata; hor la fatica è laccio,*
*Che à obbrobrj mena chi d'onor si sface.*

*E se l' Ozio à Virtù chiuse hà le strade,*
*Sia tuo volo maggior, miglior tua sfera*
*Spettacolo languir di pouertade.*

*O' siati impennar strali opra primiera,*
*Poich' è ben graue impiego in pazza etade*
*A Calamo leggier cura leggiera.*



## Il medesimo Argomento.



*Penna, non più penar, ma con le piume*
*Riposi adagia al tuo volar frequente,*
*Ch' anche oziando apprester ai souente*
*Con gli ozj all' ombre de' tuoi ozj lume.*

*E se un tempo fù Apolline il tuo Nume,*
*Quando del più bel volo errani ardente*
*Or l' ozio scusi à te vita innocente,*
*Che i Vizj da Virtù larua il costume.*

*Forse meglio degli Ozj in su 'l sentiero,*
*Che per le vie, che t' apre ingegno, ed arte*
*Quel volo batterai, ch' io non dispero.*

*Ch' oggi, il Secol librando à parte, à parte,*
*Più, che scriuer pensieri è buon pensiero*
*Empir d' Ozio lo stil, d' Ozio le carte.*



Oro-

# Orologio in figura di Mõdo, retto da vn' Huomo, che con asta in mano segna, e batte l' hore.

*QVesti, in figura d' Huom, che d' aureo Mondo*
*Sostien la Mole, ch' è di Morte ancella,*
*Se ad hor, ad hor con Verga ei la flagella,*
*Non è, perchè l' affliga il graue pondo;*

*Ma, perchè troppo sdegna il peso immondo,*
*Doue gente soggiorna al Ciel rubella;*
*O' per mostrare all' huom, che questa, e quella*
*Hora il destina al tumolo profondo.*

*O' pur di quelle rote ei cenna à i giri,*
*Perchè apprendano i Vani al Mõdo intẽti,*
*Che le riuolte sue sono deliri.*

*O' affin, che vn dì s' auuedano i viuenti,*
*Che i Carichi del Mondo son martiri,*
*E che se scorza hà d' Or, dẽtro hà tormẽti.*



## Il tema passato.




*MOrtal, che miri Vmane industrie intente*
*A regger Globo, che di Mondo hà segno,*
*Non t'āmirar; che d'vn sol' huom lo 'ngegno*
*Saria più Mōdi a sostener possente.*

*Nè men stupir, se chi 'l sostien souente,*
*Il batte irato con pesante ordegno,*
*Che il Mōdo appūto è sol d'ingiurie degno,*
*Benchè l' adori la profana gente.*

*Nè all' ingordigia tua causi martoro,*
*C' abbia quest' Orbe industre aurato aspetto,*
*Che mondo, ch' ei sarà, non sarà d' Oro.*

*Ecciti solo à te stupore in petto,*
*Che vn Mondo, ch'e flagello, e par tesoro,*
*Sia di tutt' Huom già diuenuto oggetto.*



Lo

# Lo Schioppo.



*MAcchina dispietata, orrido arnese,*
*Che il Valor spesso à tradimẽto vccidi,*
*E com' Opra dell' Odio ancor ti guidi*
*Souente à fulminar chi non t' offese;*

*Pera vcciso da te chi scaltro apprese*
*A far, che innanzi con bel raggio affidi,*
*E vomitando poi fochi omicidi*
*L' estremo d' impietà rendi palese.*

*Fabbrica io ti direi d' arte infernale,*
*Ma il lãpo, e'l tuono, ch' eruttãdo muoui,*
*T' accusa anzi di Ciel folgore, ò strale.*

*Nò. Il reo fù l' Huom, che tu frà noi ti troui,*
*Per farsi à Gioue in fulminar' eguale,*
*Ma son Saturni della Terra i Gioui.*



All'-

## All' Alchimi...



*Erri, Chimico ingordo, allor, che te*
*Frà vili arnesi rinuenir tesori,*
*Se decretando al tuo fallir tormenti*
*Da quelli impari à raddoppiar gli err*

*Son vani i tuoi sudor, vani i tuoi stenti*
*Che manca a' Zolfi eternità d' ardor*
*Nè fia, che aduni altr' Or co' viui Argè*
*Che quel, c'han del tuo volto egri i pall*

*Pur, se di crear' Oro hai tu disegno;*
*Senz'a curar, che a' tuoi progressi arri*
*Fauor di Stella, ò maestria d' Ingegno*

*Accorri auaro ad adorare vn Mida,*
*Che frà le man di quel Regnante inde*
*La Pietra Filosofica s' annida.*

**IL FINE.**

